LATINITATIS ITALICAE MEDII AEVI

INDE AB A. CDLXXVI USQUE AD A. MXXII

LEXICON IMPERFECTUM

CONDITUM A FRANCISCO ARNALDI

MODERANTE

PASCHALI SMIRAGLIA

CURA ET STUDIO

ANTONII DE PRISCO

HUIC FASCICULO CONFICIENDO PRAEFUIT

IOHANNES POLARA

ADDENDA — FASCICULUS VII

Ina — Insisto

I

ina- v. et **inha-*.

inaccensus - v. **inaccessus.*

inaccessibilis - *-ace-* ANAST. Bart. 736 A 11.

inaccessibiliter - inaccessibili modo: RATH. Serm. 707 B 3 nihil -r inaccessum relinquens immobilis ratio.

inaccessum - fort. perperam pro *in accessum*, locut. adv., de temp.: GL. CAS. 90, 575, 2, 8 perante diem vel -m idest prius.

inaccessus - transl., *-a lux*, de Deo: BOETH. Phil. Cons. 129, 103 solus modus est quo cum deo colloqui homines posse videantur illique -ae luci ... ipsa supplicandi ratione coniungi.

inacessibilis - v. *inaccessibilis.*

inaditus - sensu leg., non adiudicatus: GL. TOR. 67, 36 hinc cognoscis hereditatem posse per longum tempus -am remanere.

inaequalis - in re med., *pulsus -is*, de venis quae non aequis intervallis moventur: CAEL. cel. pass. II, 2, 11 pulsus... -is, post aliquantos saltus ordinatus aut inordinatus. — De temp.: DION. ep. Prot. 1086, 31 lunae circulus ad solis cursum -is est. — Iniustus: COD. ISTR. a. 538, 19, 6 -is... est arbiter qui sententiam mittit in casum.

inaequalitas - fortunae vicissitudo: CARTE PARMA a. 1000, 291, 7 quatinus in presentiarum a cunctis mundanae -is infortuniis sanctorum auxiliis protegatur.

inaereo - v. *+inhereo.*

inaestimabilis - v. *+inestimabilis.*

inaestimabiliter - in re theolog., incomprehensibiliter: DION. Cyr. 296, 31 dicentes quia Dei Patris Verbum -r atque ineffabiliter unierit sibi corpus animatum anima rationali.

inalieno - sensu leg., alienare: MON ECCL. FLOR. a. 866, 602, 51 per quamlibet ingenium -are de suprad. res: CARTE PARMA 4 iun. 928, 261, 24 nec per nullo inienio -andi sunt post transitus vestrorum: CHARTAE I febr. 1002, 351a ad alio omine vindere nec inpignare nec -are.

inamtesto - v. *+inantisto.*

inanbito - *-aub-* inf. — GL. AA 445,2, 37 circum -aubito (v. l. in ambito).

inanesco - transl., sensu spirit.: PAUL. DIAC. Coll. 1257, 55 amando hanc vitam prodigam ... intus non metuit -ere.

inaniaetas, inanietas - v. *+inanitas.*

inanis - *en-* DOC. LUC. V2, 5, 24, *nanis* inf. — Nom. sing., masc. *-u* COD. TOSC. iul. 804, 350, 14, fem. *-em* DOC. VELL. 76, 10, *nanis* DOC. LUC. V2, 77, 2, gen. sing. fem. *-ae* AR. act. II, 767, 8, nom. pl. masc. *-us* COD. DIPL. LONG. mart. 772, 364, 24, *nanis* DOC. LUC. V2, 40, 17, *-is* inf., acc. pl. n. *-em* inf. — De hom., nihil secum ducens: COD. TOSC. mart. 736, 488, 18 si nos ... de ipsa casa exire voluerimus ... exeamus bacui et -is; item, sensu spirit.: PAUL. DIAC. Coll. 1192, 4 non videaris in conspectu Domini -is, non videaris sacerdoti manu vacua ad eum venire: LEZ. SEM. ROM. 44, 345 Sanctus Isidorus ad tempus rebus excessit humanis, ut segetum innumerabiles fructus afferret nec ad aram iudicis -is rediret; amens: ACTA VALER. FOR. 61, 18 fugitans per angulos palatii nullo sequente se ferebat -is. — De reb., in re med., languidus: CAEL. cel. pass. II, 1, 3 neque etiam pulsus fortis, sed magis debilis percussus invenitur, atque piger et -is; de loco, incultus: COD. AUSTR. a. 770, 31, 3, 17 ipsa loca ab antiquo tempore -em atque inhabitabilem esse cognovimus; sensu leg., irritus: BULL. CASIN. I, a. 835, 6, 57 bullae omnino vanae et -es consistant; n. locut. *-ibus manibus*, sensu transl., it. *a mani vuote*: ANN. ECCL. a. 522, 320, 22 cum sic Silas a scopo excidisset -ibus manibus (ut dicitur) est reversus et sic vana spe est delusus. — N. pl. *-ia*, subst., res vanae: PASS. ANSANI 65, 62

meditati sunt -ia adversus divinam Providentiam.

inanitas - in re med., imbecillitas: CAEL. cel. pass. II, 19, 120 non enim potest prae -e somno vel plena affici digestione.

inanitasis - v. **inanitas.*

inansto - v. **inantisto.*

inante - GL. AA 450, 1, 36 diei nante (= die inante) in ipso die.

inanteesto, inantesto, in antesto, in antisto - v. *+inantisto.*

inantisto - *-tes-* inf. — Tueri: COD. DIPL. LONG. c. 760, 56, 17 si ... ab uno quaemque homine -testare minime potuero, tunc promitto ... in dublas ... terra restituere.

inanus - v. *inanis.*

inapreciatus - v. *inapretiatus.*

inapretiatus - *-eci-* COD. LANG. 2 sept. 902, 675a.

inaptus - v. *ineptus.*

inarabilis - de terra quae arari non potest vel potius inarata: REICHSK. 17 sept. 992, 33, 10 -i et culta terra.

inardesco - transl., sensu spirit., seq. infin.: SEQ. IN. 138, 152, 2b dum in bono subcrescens iugiter Christo sponso frui feliciter -it (s. Birgitta).

inargentatus - *-gin-* MON. NEAP. DUC. 9 dec. 1020, 241, 39.

inargintatus - v. *inargentatus.*

inasperico - in re med., asperum fieri: GL. MED. 70, 7 febri fauces -ant et exinde vox rauca efficitur.

inaubito - v. *inaubito.*

inaures - inter supellectilem sacram recensentur: COD. LANG. a. 905-906, 726d coronas aureas IV, ... christaleos II, -es deauratos IV, turibulum aureum I.

inb- v. et *+imb-*

inbalidus - v. *+invalidus.*

inbasio - v. *+invasio.*

inbeccillitas - v. *imbecillitas.*

inbecillis - v. **inbecillus* et *imbecillis.*

inbeneficio - *in b-* inf. — In *beneficium* dare: DIPL. REG. I, 603, 4 possessiones eorum distrahere, diminuere aut -are: MEM. MOD. 4 mart. 881, 53, 19 ut Pontifex non sit potesta (sic) vivo ipsis rebus de ipsa canonica suptraere nec in b-are.

inbenio - v. *+invenio.*

inbersus - v. **inversus.*

inbesco - GL. AA 460, 1, 13 -it extra consuetudinem efficitur.

inbevitus - v. **imbibo.*

inbicillus - v. **inbecillus.*

inbisibilis - v. *+invisibilis.*

inbitus - v. **invitus.*

inblatus - v. **inflo.*

inbucto - de vino, doliis condere: COD. AMALF. dec. 977, 17, 8 portionem vestra de ... vinum portemus vobis ubi recluditis ipso alio vestro vinum et conciemus vobis ipse vestre bucti et -emus vobis eos.

incaelebro - GL. AA 449, 2, 25 depiscor -are nititur.

incaepitio - v. *inceptio.*

incaestuosus - v. **incestuosus.*

incafilius - *incuff-* DOC. LUC. V2, 33, 32. — Mensura ad agros metiendos: COD. DIPL. LONG. 5 nov. 757, 8, 16 da [mea] substantiola in iam dicta [ec]clesia offerre videor: in primis tres -orum terra mea in loco Ropta.

incandido - *-ari,* candidum fieri: GL. MED. 83, 6 stacthen: id est smirnis, cum lixiba -atur.

incanonizo - *canone* (= praecepto eccl.) statuere: BULL. ROM. c. 970, 267, X, 3 annuimus et collaudemus atque -amus.

incantans - incantator: PAUL. DIAC. Coll. 1510, 25 scio... aspides blandimento -ium mitigari: AT. EXP. 158 C aspis, ne vocem -ium audiat, unam aurem ad terram vel ad lapidem premit et ad alteram caudam mittit.

incantatrix - maga: PASS. PRISC. 549, 2 introducatur iniusta Prisca et -x.

incantum - de pecunia quae integris solidis persolvitur (cf. B. Capasso, ed. cit., p. 309, s.v. *moneta*): MON. NEAP. DUC. 30 apr. 955, 70, 22 ipsi germani superiunxerunt eidem Stephano in presentis et auri sol. 4 byt. -um. V. et *cantum.*

incapoeo - de nummis, in usu esse: ANN. CAM. I, a. 992, 116, 26 dare debeant ... denarios argento monetatos quales pro tempus -ierit nummos quinque. V. etiam *caput* et *eo.*

incapsatus - sensu leg., irritus: DOC. LUC. V3, 27, 29 si... hanc statuta mea ordinationis cartule ... inanis et vacua et -a permaneat, ut quod in se nullam obtineat robore nec firmitate.

incardino - episcopum, presbyterum diaconumve in alcis ecclesiae possessionem mittere (DUC.): COD. DIPL. LONG. a. 552, 276, 15 in hac in qua a nobis -atus es, debeas ecclesia permanere: IOH. ROM. Vita 139 C 6 civitatum desolatarum pontifices Gregorius vacantibus civitatibus -are curabat: RODELGR. 166, 8-9 quomodo vacantes episcopos vacantibus cathedris saepius -averit.

incarnatio, incarnatiio - v. **incarnacio.*

incaseatus - *-asse-* inf. — GL. AA 446, 2, 1 coagulatus -asseatus.

incasseatus - v. *incaseatus.*

incassus - vanus: VITA CAN. 30, 20 subsequitur vox Praefecti -is blandimentorum adulationibus.

incastigatus - transl.: BOETH. Top. Cic. 1107 C accedit quod ut quaeque in mentem venerint iniudicata atque etiam -a promuntur.

incathedro - ad cathedram episcopalem promovere: NECR. MED. 235, 26 dominus Ubertus de Pirovari intravit Mediolanum et -atus est.

incathisma - v. **encathisma.*

incautus - in re med., inconsultus: CAEL. cel. pass. I, 11, 88 quia in ista aegritudinis qualitate -a vini dandi consuetudo ... invenitur.

1 **incedo** - v. ⁺1 *incido.*

2 **incedo** - ger. abl. pro part. praes.: REGTO SUB. 10 mai. 915, 27, 29 una cum flumine ... -endo (terminus) usque in lacum. — Confund. cum *incīdere*: IOH. NEAP. Febr. 538, 58 salva eas ut non -ant in manus Syleni. — De hom., sensu hostili, invadere: ADN. COD. IUST. 75, 19 si quis... in rem alienam -at: PAUL DIAC. Coll. 1175, 5 Herodes successorem timens, -sit in auctorem. — Transl.: MISS. LAT. 221, 7 familia tua per viam salutis -at: SEBAST. 201, 19 qui cum inter pueritiam adolescentiamque -eret medius: PASS. REST. AF. 21, 41 non per tortuosa et devia -as, sed per recta et pervia, atque ad singula interrogata rationabiliter respondere studeas; *iisdem gradibus -ere,* de eis quibus eadem vivendi atque sentiendi ratio est: ANN. ECCL. a. 511, 101, 19 qui ... cum Timotheo Eluro fugerat, iisdem -ens gradibus, hominum sermone post multum praedicatus fuit. — De reb., vergere: MEM. MOD. 8 iun. 781, 7, 8 per meridiem ad orientalem plagam -unt fines per Pratum maiorem; pergere, ire: BULL. CASIN. II, a.916, 40, 51 aliis videlicet datis viis, per quas publicus -at discursus. — Transl., in re for.: COD. PAD. 23 febr. 840, 21, 35 secundum legem et iustitiam -at iuditium.

incelibus - *-as logas,* loca communia? (cf. éd. cit., p. 1880, s.v. *interconciliaria loca*): COD. LANG. mart. 864, 385c silvis, montibus, alpibus seo -as logas omnium et in omnibus (cf. et *inconcilibus*).

incendiose - in re med., vehementi ardore: GL. MED. 17, 8 causae defebriunt: id est -e et aestu acerrimo iactantur.

incendiosus - subst., in re med., nimius corporis calor: GL. MED. 17, 10 causos: id est -us. Graecum est.

incendium - in re med., nimius corporis calor: PS. SOR. 260, 8 ardor vel -um in febribus. — Sensu spirit., in bonam partem: ANN. ECCL. a. 502, 23, 24 qui carnalis concupiscentiae illecebras ... domuerit... vitali traditurus -o. — Apud Christ., *perenne* vel *perpetuum* vel *eternum -um,* de inferni poenis: PASS. TRANSL. GRAT. 27, 18 tormenta tua... quae nobis ... refrigerium parant, tibi autem perenne -um: PASS. MIN. 429, 6 nisi ab istorum (scil. deorum) cultura discesseritis, pariter vos perpetuum -um cruciabit: ANN. CAM. I, a. 1013, 213, 41 in eternis -is cum Iuda traditore ... abeat portionem; abs., eadem signif.: REICHSK. 11 febr. 952, 300, 9 insuper Iudae et Safirrae particeps existens -o deputetur; n. locut. redund. *flammam -i*: PASS. REST. AF. 23, 31 ut ad aeternam vos trahat (diabolus) flammam -i.

1 **incendo** - v. **incedo.*

2 **incendo** - in re med., inflammare: PS. SOR. 260, 16 intus vero thorax et pectus -untur (febri). — Transl., vexare: PASS. CASTI 23, 63 quare -itis nos (scil. daemones) vestris orationibus sanctis?

incensanter - v. *incessanter.*

1 **incensarius** - *capsula -a,* arcula ad reponendum incensum: COD. LANG. a. 984, 1445b capsulas argenteas duas... terciam in ecclesiam -am invenimus.

2 **incensarius** - censui obnoxius: ARCH.

VIT. 36, 26 villam... Teturanum cum ecclesia Sancti Angeli infra se et terris -is.

incensatio - in re med., stimulus: GL. MED. 73, 14 est ... satiriasis ad res venereas -o.

incensio - *prima -o lunae*, luna crescens (it. *primo quarto della luna*): KAL. BERG. 394, 32 VIII Idus Mart. ... prima -o lunae pascalis.

incensitus - censui obnoxius: DIPL. REG. 526, 14 quibusdam -is monasteriis ... pro hoc nostrae donationis preceptum concedimus ... omnes pinsiones, herbaticum atque escaticum iure proprietario.

incenso - thure adolere: ORDO 115, 37 quatuor episcopi ... ascendant altare et -ent illud.

incensorium - turibulum: ORDO 66, 38 praecedentibus ... duobus aliis acolythis cum -is.

incensum - *ininc-* GL. AA 438, 2, 28. — Acc. sing. *-o* DOC. AR. iun. 973, 105, 12. — Odor, proprie: AGNELL. 283, 25 ut preciosissimae mirrae -a sepelientium nares sentirent; item, transl.: CONC. AEV. CAR. 121, 20 in conspectu eius redoleat operis vestri -um: COD. PAD. febr. 970, 81, 8 ut nulla super imposita, nullum redditum, nullam molestationem ipsis monachis inferat, nisi -um orationis.

incensus - in re med., morbo inflammatus: PAUL. AEG. 17, 22 rubea colera -a in nigram transmutata.

incentivum - *-a carnalia*, libidinis stimuli: CONC. AEV. CAR. 624, 36 quicumque ... ab inlecebris mundialibus et -is carnalibus se custodierit.

incentivus - in re med., stimulans, in bonam partem: CAEL. cel. pass. III, 18, 176 medicamina ob usum venereum excitandum ... sunt acria atque -a; in malam partem, ad libidinem incitans: PS. HIER. trans. 141 D quas (scil. virgines) ... non aestus inflammat -ae carnis.

incentor - malesuadus: CONC. AEV. CAR. 275, 34 quae (scil. res) raptae esse noscuntur, heredibus reddantur, qui dementia parentum, avaritia -um exhereditati esse noscuntur.

inceptio - *-caep-* ANAST. MON. Ep. 680 A 1.

incertus - ignotus: ANN. ECCL. a. 504, 43, 5 beatus Fulgentius ... latebris -is absconditur.

incessabiliter - sine mora: COD. ISTR. a. 740, 41, 42 persuadere ... nitebantur ut ... archam ... ad insulam transferre -r festinarent.

incessanter - *-ensa-* DOC. LUC. V2, 26, 25: COD. DIPL. LONG. mart. 748, 273, 18: COD. PAD. 2 mai. 874, 29, 16.

incessio - v. *+incisio*.

incestuose - inceste: CONC. AEV. CAR. 198, 22 quomodo predicti se -e coniuncxerint, episcopi ... regi vel iudicibus scelus perpetratum adnuntient.

inchoatio - *-coha-* PAULIN. exhort. 274 C 2.

inchoo - *inquo-* COD. VER. 12 dec. 846, 277, 5: COD. LANG. 12 dec. 847, 279b. — Ind. praes. 3ª pers. sing. *-coa* GL. EPOR. 650, 2, 11.

1 **incido** - coni. pff. *-iset* COD. COLOMB. 20 aug. 972, 337, 25. — Transl.: BOETH. Top. Cic. 1043 A quodque Trebatius casu in Aristotelis Topica -erit.

2 **incido** - pass. sensu med.: AGNELL. 364, 39 franguntur remi, -untur antennae, solvuntur scaphae. — In re med., dissolvere: GL. MED. 19, 1 cerasi poma ... crassitudinem densioris humoris -unt: PAUL. AEG. 31, 24 dieta vero his convenit -ens et extenuans. — Sensu leg., convenire: REICHSK. 11 mai. 1000, 357, 13 ipsis ... sponte comunique consensu -entibus ac legali constipulatione penitus refutantibus (commutationes). — De instrumentis, scribere: COD. PAD. 5 mai. 1013, 128, 34 sacramenti facti predicta cartula -sa fuit; item, ea irrita facere scissuris in decussem scalpello factis (DUC.): FICKER 19 ian. 1017, 70, 13 reproba et falsidica inventa fuit (cartula) et ibi -sa. — *Debitum alcis -ere*, ei pecunias creditas condonare: IOH. ROM. Vita 115 C 7 debitum eius ... -ere stude. — De viis, aperire: DOC. TORT. a. 919, 2, 23 ubi molendinum possit construy ... publicam si opus est viam -at: CHARTAE I, 20 mai. 969, 222b liceat castella ... struere et edificare, vias quoque libere -ere.

incipicio - v. **incipio*.

incipiens - initium: ORDO 18, 14 item de responsorio graduali, ab -ente usque ad finem cantatur et versus similiter: DIPL.

KAR. -entia regni nostri... auxiliante domino vigilavi.

incipio - ind., praes. 1ª pers. sing. *-pi* REGTO SUB. apr. 983, 226, 6, pf. *-coepit* INV. AB. 27, 26, *-coeperunt* NECR. MED. 236, 9, *-cipistis* CARTE PARMA 30 mai. 935, 275, 9. — Cum *accipere* confund.: ANN. ECCL. a. 532, 443, 20 cum eosdem esse Origenistas -isset ... expulit monasterio: REICHSK. 3 iun. (an 30 mai.?) 980, 323, 16 Berengarius ... episcopus regulam beati Benedicti sacra devotione -ptam pro posse monachili ordine decoravit. — Renovare: BULL. CASIN. II, a. 1002, 66, 18 ne rotatu temporum oblivioni succumbant et recidivo ortu praeteritum errorem -ant. — Intr., de reb., in finibus describendis, initium capere: HIST. ABB. CAS. 207, 57 terra -it ab ipsa via antica: REICHSK. 12 ian. 1018, 375, 6 silvam -entem ... a civitate Metensi.

incisa - *-ixa* CHARTAE I, aug. 976, 249d. — Saepes ex virgultis confecta: COD. DIPL. LONG. sept. 752, 307, 7 pecia terre cum vitibus super se habente cum -a sua: COD. LANG. nov. 936, 935a alio campo ... qui est longaria cum -a sua: CHARTAE I, mart. 982, 263a est (pecia) per mensura iusta cum -a sua tabulas ... viginti et septem.

incisio - vulnus: COD. ISTR. a. 740, 41, 30 corpus confracturis et magni saxi -ibus voluit patefacere. — Circumcisio: PS. AMBR. Inv. Vit. 246 F 8 tempus -is advenit. — De arboribus, caesio: COD. AUSTR. 14 nov. 1021, 62, 23 venationibus, zidalweidis, pascuis et lignorum -ibus; abs., eadem signif.: MON. DUC. CAR. a. 993-1000, 73, 8 -em quantum huic servo sufficiat qui ipsam coloniam providet; in metaph., messio: PS. AMBR. Pass. Vit. 634, 15 cum viderent martyres Christi christiani dicebant: tempus -is, adest iam qui metit; alii seminaverunt, nos metimus martyrum fructus. — De tempore, intervallum: ORDO 91, 20 secunda namque -e, id est lectione sexta, egreditur Pontifex de ecclesia Sancti Petri.

incitate - sine congruo examine, temere: CONC. GRAECA I, 126, 6 etsi -e quidem non circumspecte manus eis imponant.

incitativus - aptus ad incitandum: PAULIN. Fel. 408 B 13 David angelos eum (scil. Iesum) adorare quasi -a exhortatione compulerit.

incito - de periculo, intendere: TRANSL. IUV. 392, 72 scimus quia nostra peccata ... hoc nobis -tarunt periculum.

incivus - v. **incubus*.

incixa - v. *incisa*.

inclamatio - sensu leg., evocatio: ADN. COD. IUST. 67, 2 de -e absenti(s).

inclamo - adhortari: ANN. ECCL. a. 512, 118, 26 ecce tempus quo repetit fidos milites suos et -at ad defensionem sui. — Appellare: PAUL. DIAC. Coll. 1397, 25 Dominum praeceptorem -ant, a quo cum salute corporis vitae aeternae praecepta suscipiebant.

inclaudo - v. *+includo*.

inclemens - GL. CAS. 90, 570, 2, 16 -s iracundus impius.

inclinate - humiliter: CONC. AEV. CAR. 184, 19 cum de se -ius loqui in sacro dignatur eloquio.

inclinatus - transl.: ANN. ECCL. a. 536, 543, 52 quae (scil. ecclesiae) per id tempus omnes in se -ae recumbebant.

inclinitus - v. **inclino*.

inclino - proprie, *-are se in faciem*, caput demittere: PASS. FAUST. 115, 34 quos (scil. angelos) videntes -averunt se in faciem suam; *-are se in manum*, vultum manibus tegere: PASS. LEOP. 417, 70 -abat itaque se in manum Caesar et ingemuit valde; transl., *alci -are*, ad eum accedere: TRANSL. XII FRATR. 155, 21 tot subito dominos, veluti socios et amicos -are sibi vidit corporeis oculis; *alci se* vel *cervicem -are*, eum adorare: VITA PAR. 75, 47 quid turpius... quam factorem facturam suam colere, seque figmenti sui ludibriis -are?: PASS. BONIF. 280, 61 ad -andas cervices eorum nefandissimis idolis compellerentur: PASS. TRANSL. GRAT. 27, 13 idolis surdis et mutis ... cervices numquam -abimus; *(votis) aures -are*, vota exaudire: ANN. CAM. I, a.961, 66, 41 decet regalem excellentiam ... ut votis fidelium suorum aures pietatis sue clementer -et: MEM. PROSP. a. 964, 363, 18 dignum est ut augustalis excellentia rectoribus ecclesiarum Dei aures sue pietatis -et; *in genua -ari*, de urbe, prosterni: ANN. ECCL. a. 532, 446, 54 urbem quae a frequentibus illis tumultibus et bellis ... iam -ata

fuerat in genua, mox erexit et renovavit ; de fluctibus, sedare : PAUL. DIAC. Coll. 430, 20 nonne ipse (scil. Iesus) est qui Petri pedibus marinos vertices -avit? — *Alqm -are*, ei suadere: PASS. FAUST. 66, 33 verba mea -are vos non possunt ; cogere : CONC. AEV. CAR. 104, 5 nec per oppressionem potentium personarum ad consensum faciendum cives aut clerici -entur; *-ari*, flecti: COD. PAD. 24 aug. 853, 26, 2 cuius precibus -ati precepta legere fecimus: REGTO SILV. 25 mart. 955, 286, 38 -ati precibus vestris pro ... stabilitate... monasterii. — Sensu Christ., humiliare : DION. Cyr. Succ. 238, 8 ad exinanitionem sese dignatus est (Dei filius) -are : ANN. ECCL. a. 517, 184, 48 tu superbiam -a : PAUL. DIAC. Coll. 1487, 2 non erubuit purpuram -are et pauperum debiliumque curam agere.

inclito - inclitum facere, illustrare: AGNELL. 345, 25 qui partem rerum maximum suarum ecclesiis obtulerunt et ecclesias -averunt.

1 **inclitus** - v. **inclino*.

2 **inclitus** (-ly-) - *en-* GL. AA 453, 2, 2. — Gen. et acc. sing. fem. *-a* SER. PRINC. LANG. 24, 29 et 125, 3. — Totus, integer: FICKER iul. 988, 52, 12 cum omnia infra se habentibus -a sortionem: MON. NEAP. DUC. 20 dec. 1016, 24, 9 vos nobis dedissitis ad lavorandum -as omnes terras vestras. — Nimius: VITA PROBI 555, 37 omisimus referre -a narrationis magnae prolixitate. — Hon. tit., de imperatore: ANN. ECCL. a. 533, 462, 29 imperator Iustinianus, pius, felix, -us, triumphator; de *comite:* REGTO AL. 23 oct. 987, 368, 13 Benedictus ... -us comes.

includis - v. *incus*.

includo (-lau-) - ind. pf. 1ª pers. sing. *-sit* inf. — Reponere: IOH. NEAP. Febr. 543, 8 quousque non cessarunt infirmos adducere ... non permiserunt -ere reliquias. — Technice, de tabellione : ANN. CAM. I, a. 1007, 186, 20 ego ... notarius scripsi complevit -sit. — Transl., cohibere : ANN. ECCL. a. 508, 77, 24 loquacitatem meam lex epistolaris -it.

inclus - v. **incus*.

inclusa - aedes ubi inclusi seu monachi degunt (DUC.) : DIPL. REG. 547, 14 deprecatus est quod videlicet -am Salvatoris nostri Iesu Christi obsequio inhaerentem iugiter sub nostro penitus suffragio et tutamine reciperemus.

inclytus - v. ⁺*inclitus*.

incognitus - *legibus -us*, illegitimus : LEX ROM. CAN. 37, 1, 3 oportet ... neque uxorem habere (episcopum) ... neque nepotes sive legitimos sive legibus -os.

incognominatus - de rebus non antea nominatis: COD. VER. 9 sept. 844, 251, 20 si quid -um remansit, ad ipsum xenodochium pertineat; in instrumentorum form., n. locut. *nominato et -o* : DOC. TREV. mai. 780, 51, 9 silvis, pascuis et palutibus nominato et -o ex integro de quantum per ipsa cartula in ipsa genitricem tua firmatum est.

incohatio - v. *inchoatio*.

incoho - v. ⁺*inchoo*.

incolitus - v. *incoltus*.

incollomis, incolomis - v. *incolumis*.

incolomitas - v. *incolumitas*.

incolo - transl. : MAXIM. 1, 1, 83 corporis has ... lascivia partes -it. — *-ere gratiam*, in gratia versari : LAUR. Pass. Venc. 138,12 -unt deo preside gratiam.

incoltilis - *-cul-* inf. — De terra quae coli non potest: CHARTAE I, 30 ian. 848, 46a silvis, pascuis ... coltilibus et -cultilibus: DIPL. REG. 450, 13 in... arvis coltilibus et -ibus.

incoltus (-cul-) - *-colit-* DIONISI Ald. 92, 22. — Abl. sing. *-u* REGTO SIP. 16, 25, pl., acc. *-is* inf., abl. *-ibus* DOC. LUC. V3, 297, 19 : COD. LANG. c. 998, 1681a. — Transl., sensu spirit.: SEQ. IN. 73, 72, 4a accende faculam -i pectoris divina gratia. — *-um*, subst., terra non culta : ROMANIN 384, 6 in montibus et planitiebus, cultis et -is, in aquis et in paludibus: DOC. PAVIA 2, 10 coltis et -is, divisis et indivisis ... vendimus: REICHSK. 2 nov. 968, 613, 11 olivetis, molendinis, coltis et -is.

incolumis - *-ollo-* ACT. SILV. 511, 3, *-lom-* ION. Ved. 318, 18: SYN. PAP. 997, 172, 14: DIONISI Ald. 103, 8. — Abl. sing. *-e* ACTA SYN. 403, 28. — De hom., sanatus: INV. AB. 30, 17 ipsorum Sanctorum meritis -is est reducta (puella infirma); transl., sensu spirit., culpis vel peccatis immunis: MISS. LAT. 83, 5 nos ... digneris ... ad sanctae tuae resurrectionis gloriam -es perducere. — De reb., intactus : ANN. ECCL.

a. 526, 359, 19 quaemadmodum saxa -ia permanerent, si semper ignis adunata decoqueret?; integer: ANN. CAM. I, a. 974, 93, 18 concedimus tres salinas, quarum una non est -is.

incolumitas - *-lom-* REGTO SUB. 11 ian. 967, 4, 22. — Sensu spirit.: MISS. LAT. 318, 4 pro -e famuli tui, ut omnium delictorum suorum veniam consequatur.

incolumnis - v. **incolumis*.

incombulsus - v. *inconvulsus*.

incombustus - non combustus: AT. EXP. 319 D 4 salvus erit per ignem, quasi ... -us ab igne liberetur.

incomestus - non comestus: VITA HIL. 473, 29 collecta (poma) ... velato canistro -a erant.

incomminus - GL. VAT. 1469, 522, 2, 21 -s insimul.

incommoditas - cum *damnum* redund.: BULL. CASIN. II, a. 772, 13, 14 constat ... amabilem religiositatem tuam intimasse plura -is damna.

incommodus - *inquo-* ION. Ioh. 338, 8. — GL. VAT. 1469, 552, 2, 15 -us inutilis. — *-um*, subst., morbus: INV. TROPH. 240, 13 cumque ... nusquam reperire potuisset quali laboraret -o.

incommotus - minime commotus: RATH. Serm. 749 B 7 quasi nihil prolatum fuisset austeri, ita -os vos ... vidi.

incommunicatus - sensu Christ., de eo qui Eucharistiae sacramentum non recipit: ANN. ECCL. a. 518, 211, 2 introitu facto in Ecclesia ... voces factae sunt a populo, dicentes: Quid manemus -i? Per tot annos quare non communicavimus?

incommutabilis - in re theolog., de Maria Virg.: PAUL. DIAC. Coll. 1057, 10 (Maria Virgo) Verbum ... in unitate personae assumpsit, quae sine fine -is atque incorruptibilis permanebit.

incomoditas - v. **incommoditas*.

incomparabilis - *-cop-* POT. INSCR. 178, 3. — De Deo: ANAST. Pass. Ac. 183, 46 orabant ... dicentes: Deus -is et incomprehensibilis, qui hominem de limo terrae formasti.

incompetens - *-conp-* inf. — Sensu leg., non legitimus: ADN. COD. IUST. 71, 21 quis hominem ad militem delegavit vel -i iudicio sine iussione imperatoris duxit, amittat negotium.

incompono - componere: HIST. ABB. CAS. 321, 60 si nos culpabimus ... -amus pena auro mancosi octuaginta.

incompositus - *-conp-* GL. COL. 546, 38. — Transl., sensu morali: ANN. ECCL. a. 502, 30, 38 repleti (schismatici) iniquitate, -i, sine affectione: CONC. AEV. CAR. 128, 2 cur vos non revocant ad viam veritatis et lucis, caeci, scelesti, immites et -i, tam salubria scribturarum documenta?

incompraehensibilis - v. *incomprehensibilis*.

incomprehendendus - incomprehensibilis: CONC. GRAECA I, 361, 7 Trinitas inenarranda, ininvestiganda, -a.

incomprehensibilis - *-praeh-* ACT. SILV. 525, 57. — De Deo: ANAST. Pass. Ac. 183, 46 Deus incomparabilis et -is: RATH. Serm. 705 C 8 -is est Deus.

incomprehensus - incomprehensibilis: ANAST. Hippol. 682 A 5 natura est quod principii expers, ... quod sempiterna, quod -a.

inconcilibus - *-illi-* COD. LANG. mai. 959, 1086d. — Communis? (cf. *incelibus*): a. 847, 273c pascuis, vineis, silvis, vicanalibus, -is locis.

inconcillibus - v. *inconcilibus*.

inconcitatus - stabilis: ANN. ECCL. a. 517, 195, 29 imperium -um et imperturbatum custodiat.

inconcussus - GL. VAT. 1469, 522, 2, 31 immutilata incontaminata -a.

incondensans - in re med., de eo quod umores non condensat: PAUL. AEG. 52, 19 medicamentis utamur -ibus humida, sed ... liquefacere potentibus.

inconditus - transl., in re med., cum *inordinatus* redund.: GL. MED. 24, 4 dispnoecen: Graeci dicunt, dum tussis arescit et fit rigor inordinatus et -us.

inconfuse - *-sae* LIB. DIURN. 107, 17.

inconfusibilis - transl.: ANAST. Hist. 707 C 1 spem in Deum habitam ostendens -em.

incongruus - improprius: DION. ep. Prot. 1094, 1 ne ... Graecizantes ... laederent veritatem propter informem sermonem et -um. — N. pl. *-a*, subst., mendacia, sensu morali: ANN. ECCL. a. 520, 275, 3 non

legentes -a in culpam veniunt, sed sequentes.

inconpetens - v. *incompetens*.

inconpositus - v. *incompositus*.

inconsolatus - solacio destitutus: PAUL. DIAC. Coll. 1302, 7 ne deserti et -i remaneamus.

inconsors - in instrumentorum form., de possessionibus nondum divisis (cf. DUC. s.v. *insortis*, 4 *sors* et *sortitus*): COD. PAD. mai. 950, 58, 21 sortibus et -ibus, diviso et indiviso de omnia ... abeas ... potestatem.

inconstituo - constituere: COD. LANG. 13 apr. 776, 104d dispono atque -o et ... confirmo omnem adrefacoltatola mea ... ut stet in ecclesia.

inconsuetudo - quod contra statuta patratur: SERG. IV, 1501 B 14 si aliquis ... aliquam -em facere praesumpserit, sit fossus gladio mei anathematis.

inconsummatus - n. pl. *-a*, subst.: BOETH. Phil. Cons. 72, 15 neque enim ab deminutis -isque natura rerum coepit exordium, sed ab integris absolutisque.

incontaminate - comp. *-acius* inf. — Ex toto: DIPL. REG. II, 92, 11 ut ... -acius ab omnibus successoribus nostris observetur.

incontaminatus - integer: COD. AUSTR. 14 apr. 931, 28, 16 ut hoc (scil. quod donatum est) ... -um observetur; transl., sensu spirit.: AGNELL. 314, 33 sanctam et -am catholicam fidem tenete.

incontinenti - statim: ANN. ECCL. a. 534, 481, 46 -i, si divinus favor arriserit, tam epistulae quam dogmatis exemplaria destinabimus.

incontra - praep., contra: NONANT. a. 745-746, 48, 5 venire -a ominis episcopio Mut.: COD. ISTR. 12 oct. 977, 83, 37 si vel unus ex nostra civitate ... insurgere -a vestros presumpserit. V. et *contra*.

inconturbatus - non conturbatus: PASS. MONT. 224, 21 habebat plenum vultum ... et -am animam.

inconversus - inconvertibilis: PASCH. 375, 33 omnia privilegia volumus -a tibi et successoribus tuis permanere.

inconvulse - immutabiliter, perpetuo: REGTO SILV. 8 mart. 962, 287, 14 confirmamus vobis vestro ... monasterio -e detinendum: COD. ISTR. 20 apr. 976, 81, 25 ut hoc (scil. instrumentum) -e servetur.

inconvulsus - *idc-* (vit. typoth.?) CARTE ASTI 5 mai. 967, 177, 38, *-mbul-* DIONISI Ald. 114, 18, *-lxa* 149, 24. — Stabilis, constans: PAP. DIPL. 6, 22 nostra costitutio -a permaneat: COD. PAD. 8 mai. 839, 17, 25 hec ... auctoritas ... pro futuro tempore -am obtineat firmitatem; de instrumentis, inviolabilis: CARTE SUSA 75, 173 hoc testamentum diuturnis temporibus firmum stabilitumque permaneat atque persistat -um: NONANT. c. 970, 59, 11 cartula ... -a permanat cum enisa stipulacione: REGTRO GEN. ante a. 999, 32, 3 hanc cartulam offersionis mee ... firma maneat atque persistat -a.

inconvulxus - v. *inconvulsus*.

incoo - v. +*inchoo*.

incoparabilis - v. *incomparabilis*.

incoregibilis - v. *incorrigibilis*.

incorono - coronare: NECR. MED. 236, 2, 42 -atus fuit Federicus Rogerius in urbe Romana.

incorporalis - sensu leg.: LEX ROM. CAN. 79, 113, 4 quid enim prodest in ipsa provincia sese possessionem, an in alia, cum ius vindicationis -e est, et ubicumque res positae sint, et dominium earum et vinculum ad dominum vel creditorem possit reverti? — *Res -es*, iura et instituta corpore carentia: CHARTAE I, 21 apr. 972, 229d reditibus rerum corporalium et -ium.

incorporatus - corpulentus (gr. σαρκώδης): HIPP. aër. 47, 5 hii quidem magni non erunt neque in latitudinem effecti et -i et nigris capillis.

incorrectus - impunitus: ANN. ECCL. a. 513, 136, 29 haec magna in pauperes iniustitia mansit -a.

incorrigibilis - *-reg-* DIPL. REG. 130, 19.

incorro - v. *incurro*.

incorrupte - omnino: ANN. CAM. I, a. 975, 63, 50 si quis hoc non observaverit -e.

incorruptibilis - de Maria Virg.: PAUL. DIAC. Coll. 1507, 10 (Maria Virgo) Verbum ... in unitate personae assumpsit, quae sine fine incommutabilis atque -is permanebit; *Sol -is*, de Christo: 1190, 57 Sol sum, ait (Christus), -is ... et meis splendoribus ad salutem irradio.

incorruptus - *-oru-* COD. DIPL. LONG. sept. 752, 310, 18. — Transl., fide dignus: PASS. MARC. SEC. 827, 40 legunt scripturas apocryphas quas esse -issimas dicunt. —

Mater -a, de Maria Virgine: PAUL DIAC. Coll. 1163, 6 disponsata fuit Ioseph ... Mater -a. — *-um epulum*, de Eucharistia: 1194, 3 quando ... illud -um accipis epulum ... tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur.

incoruptus - v. *incorruptus*.

incrasso - incitare, in malam partem: COD. DIPL. LONG. 1 dec. 730, 170, 18 quod -ante diabolo qualibet persona suaserit qui hanc mea statuta ... rumpere voluerit.

incredulitas - sensu Christ., Dei denegatio: PAUL. DIAC. Coll. 1186, 49 quos nunc propter -em in tenebris perfidiae deserit, ... credentes in lucem fidei recipiet.

incredulus - apud Christ., infidelis, paganus: COD. AUSTR. a. 771, 31, 3, 19 -am generationem Sclavanorum: SEQ. IN. 26, 18, 2b caesa gens -a; *-us*, subst., eadem signif.: PAUL. DIAC. Coll. 1183, 57 quia apud -os universa quae de eo scripta sunt, signum sint cui contradicitur: PASS. FIRM. 129, 28 ostende super -um istum misericordiam tuam: AT. EXP. 155 A promissio quae facta est Abrahae, etsi evacuata est in -is, impleta tamen est in credentibus.

incremento - pass. sensu med.: AT. EXP. 790 C charitas -atur per congregationem.

incrementum - abs. (subaud. doctrinae): PAUL. DIAC. Coll. 1247, 17 si hominem patrem vel magistrum vocamus, honorem deferimus his a quibus -um vel originem sumpsimus. — N. locut. redund. *seminis -um*: PS. HIER. Ev. 120, 11 quomodo sine virilis seminis -o parere possum? — De temp.: PAUL. DIAC. Coll. 1385, 29 per -a temporum: 1427, 40 ab ipsis aetatis tenerae -is. — Sensu spirit.: PS. HIER. trans. 122 D omnia eius (scil. Christi) -a, quousque fuit in mundo dumtaxat, divinis efferunt (Evangelia) praeconiis.

incressora - v. *ingressora*.

incriminatus - qui in crimen vocatus est: IOH. ROM. Vita 190 D 4 necesse est ut ... -o innocentiae suae serventur illibata suffragia: CONC. AEV. CAR. 841, 21 quoniam de crimine maiestatis gravius iudicantur rei et -i.

incrimino - seq. *in* et abl.: DOC. AR. 20 iun. 715, 12, 19 antecessor meus ... in peccatis -atus est.

inctitus - v. **inclitus*.

inctus - v. **intus*.

incubatio - in re med., oppressio: GL. MED. 26, 14 incubo dictu est a mentis atque sensus -e.

1 **incubo** - regnare, de usurpatore: ANN. ECCL. a. 517, 188, 46 recordamini quae fuerunt, Basilisco Palatinae aulae -ante, tentata.

2 **incubo** - in re med.: GL. MED. 26, 14 -o dictu est a mentis atque sensus incubatione.

incubum - fort. perper. pro *incultum*: COD. TOSC. dec. 744, 217, 15 scripulis tres cubum et -um quidquid ad ipsi tres scripuli pertenet.

inculco - pass., de instrumento, irritum haberi: REGTO SUB. ian. 940?, 106, 14 charta ... inanis abeatur et frustretur et omni tempore -etur.

inculpo - sensu leg., accusare: ADN. COD. IUST. 150, 19 mater pro neglegentie tutelae non -atur.

incultilis - v. *incoltilis*.

incultus - v. ⁺*incoltus*.

incumbo - GL. AA 450, 2, 33 discuit accubuit -uit. — *Alci -ere*, transl., eum opprimere: ANN. ECCL. a. 516, 183, 41 quae me onerat cura, vos relevat: mihi -it, sed vos proficiet; studiose servare: MAXIM. 1, 1, 183 poena est partis -ere rebus, quas cum possideas est violare nefas; de temp.: GEZO 404 A prandere nullatenus, cum quidem -eret hora, praesumpsit. — Sensu hostili, cum dat. vel *in* et abl.: BULL. ROM. c. 930, 243, II, 12 nec praesumat quispiam ... monasterio ... violenter -ere: REICHSK. 2 ian. 968, 17, 21 ut nullus ... imperator ... monasterii causis presumat -ere: NONANT. post 989, 75, 17 nulli umquam liceat regum, episcoporum ... in monasterio ... -ere aut invasionem facere.

incunabula - abl. sing. *-o* ACTA VALER. FOR. 54, 10.

incunabulum - v. *incunabula*.

incunctanter - *-nta-* PAP. DIPL. a. 879, 202, 1: CARTE MICA mai. 1004, 28, 4: al.

incuntanter - v. *incunctanter*.

incurie - neglegenter: ANN. ECCL. a. 510, 92, 5 is libros ... suis reliquit ineruditis hominibus, qui -e positos sub clavibus retinuerunt.

incuriose - de eo quod neglectum est: INV. TROPH. 234, 4 cum -e ad praedicti litoris oram in suo tumulo delitesceret.

incurro - *-cor-* COD. DIPL. LONG. 21 mai. 700, 32, 4, *in cura* (= incurrat) DOC. CORN. 6, 1, DOC. LUC. V2, 4, 9, *-ura* (= -urrat) COD. DIPL. LONG. aug. 755, 354, 23. — Coni. praes., 3ª pers. sing. *-a* COD. DIPL. LONG. mart. 737, 193, 18: DOC. LUC. V2, 31, 39, 3ª pers. pl. *-am* CARTE MICA 16 oct. 993, 520, 21. — Transl., incidere, cum acc. vel dat. vel *sub* et abl.: PASS. VALENT. INTER. 757, 17 sic -erat aegritudinem, ut incurvatus dorso ... remaneret: LIB. DIURN. 63, 10 ne ... divine indignationi -as: MON. ECCL. FLOR. a. 977, 89, 20 omni irae Dei sit -urus: BULL. ROM. 28 iun. 596, 100, X, 17 sub divini iudicii obtestatione et anathematis sententia ... -enda. — Sensu leg., multam committere: REICHSK. 13 aug. 962 aut 971, 20, 23 si ullo in tempore persona insurserit ... nobis semper suadente praecepto sint -uri auri libras centum; intervenire: COD. PAD. mai. 950, 59, 5 si ... minime feceritis de ipsas missas vel de ipsis pauperis tunc inter me et te Dei omnipotens -at iudicio.

incursio - seditio: ANN. ECCL. a. 501, 9, 23 timebat zelum eorum qui pro quarta Synodo -es faciebant. — Transl., sensu spirit., de diabolo, tentatio: LAUR. Ben. 888, 42 ab antiqui hostis nos ... -ibus pie tuearis.

incursor - de eo qui aliena appetit: REICHSK. 20 ian. 990, 29, 15 abbadissa ... predium possideat atque absque omnium -um contradictione libitum perficeat.

incursus - transl., sensu spirit., de diabolo, tentatio: MISS. LAT. 146, 17 contra diabolicos tueantur semper -us. — Alveus manu factus, aquaeductus: COD. COLOMB. 6 aug. 848, 160, 13 pascuis, silvis, aquis, aquarum cursibus et -ibus. — Mos: COM. THEOT. 488c propter frequens ... temporis -um fuit in quibusdam epistolis opponere hoc ω.

incurvatio - transl., aberratio a lege divina: APP. Cant. 18, 31 ipsi primi homines quamdiu non pluralem deorum numerum receperunt, nulla in eis -o fuit.

incurvatus - tumidus: ANN. ECCL. a. 523, 329, 26 magnus quidem fluctus -us.

incus - nom. sing. *includis* inf. — GL. AA 460, 1, 24 includis massa ferri librata.

incutfilius - v. *incafilius*.

incybus - v. **incubus*.

incymo - v. **incymatizo*.

incymona - v. **egcimona*.

indad - *-t*, *-tad* inf., *in da* MEM. AM. a. 952, 136, 4. — Usque ad, versus: COD. AMALF. 6 iul. 939, 8, 17 via publica de Scalensis qui vadet -d Atrano *in ipsu monticellu*: MEM. AM. 22 nov. 1010, 543, 5 quantum abuit ... monasterius a medio flumen de Cetaria -t partem orientalem usque ad finem vestra de fonti; n. locut. *introire -d aliquem*, eius praedia invadere: 8 mai. 984, 23, 15 dicendo a parte nostra quia introistis -d nos et vos dicendo a parte vestra absit hoc ut -tad vos introissemus.

indagatrix - de baculo pastorali, signo episcopalis dignitatis: COD. PAD. a. 964, 70, 22 tradidit eis iam dictus dominus ... per ferulam pastoralem -em sui episcopi.

indamnabilis - de pascuo quo omnes sine noxia uti possunt: MEM. MOD. 29 mai. 904, 87, 34 cum communi et licito et -i pasculo.

indat - v. *indad*.

1 **indatus** - de eo quod testamento nemini ligatum est: COD. LANG. iun. 992, 1529a si ipse ... casis et rebus ... et familiis -is relinqueret.

2 **indatus** - v. *innodo*.

inde - *-i* DOC. LUC. V2, 62, 1: DOC. VOGH. 15, 19. — *-e pertinens*, ad eum locum pertinens: DOC. TUSCIA 10 oct. 1010, 79, 25 aldiones vel aldianes ibidem habitantibus vel -e pertinentibus. — Vero, enim: ANN. ECCL. a. 500, 6, 16 sed -e potius ad illam supernam Hierusalem ... desiderandam exarsit: CIP. Org. a. 845, 289, 10 modo se -e suptraunt de ipsas hoperas vel servitium nescio pro qua rem. — Quamobrem: MAXIM. 1, 1, 200 se solum doctum, se iudicat esse peritum; et quod sit sapiens, desipit -e magis: PASCH. 375, 13 plurimum -e gaudemus. — Coniung. cum praep., *-a*, unde: HIST. ABB. CAS. 39, 43 ab -e ubi oritur ribio; *in*, ibidem: ANN. CAM. I, a. 954, 57, 13 curte una in -e qui vocatur sancti Genesii: a. 1011, 197, 6 domum solaratam in -e cum cripta ... sub se.

indecens - n. pl. *-ia*, subst.: ANN. ECCL.

a. 536, 539, 37 in multas domos ... intrant et -ia faciunt.

indeceptus - egenus omnium: COD. LANG. 15 ian. 806, 153b debent dare (victum et vestimentum) ad ipsis pauperibus, ut ipsas familias -a non remaneat.

indefectibilis - indeficiens: PASS. TRANSL. GRAT. 30, 10 immarcescibiles coronas cum -i odorum suavitate recipiatis.

indefensatus - indefensus: DOC. LUC. V2, 23, 22 si ... minime eam (scil. clausuram) tibi -a (servare) potuerimus da omne homine.

indeficiens - sensu temp., aeternus: MEM. MOD. 17 aug. 840, 30, 5 ab aeterno arbitro -em retributionem percipiat: PASS. TRANSL. GRAT. 26, 30 dicunt post mortem alteram vitam esse -i lumine coruscantem.

indefinitus - n. locut. adv. *pro -o*, cum *in perpetuum* redundat: COD. DIPL. LONG. 10 aug. 712, 40, 16 dono in perpetuum et pro -o portiuncula mea.

indeflexibilis - inflexibilis, in imag.: COD. DIPL. LONG. mart.-apr. 757, 637, 16 haec me ... excitant -i oculo pro ... Francorum sospitate ... Deo fundere preces.

indelectabilis - molestus: GL. MED. 49, 8 odores fedos et -es: id est fetentes.

indemnis - sensu leg., de bonis quibus nemo ad creditum exigendum uti potest: ADN. COD. IUST. 83, 10 usufructum uxor marito relinqui licet -es a creditoribus.

indemnitas - v. *indignitas*.

indepopulabilis - inexpugnabilis: ANN. ECCL. a. 527, 373, 57 arx -ibus muris munita.

indereo - v. *inhereo*.

indesecabilis - in re theolog., de natura Dei: GEZO 378A novit (ecclesia) in Spiritu Deum Spiritum impassibilem et -em.

indesinenter - *-ur* (vit. typoth. ?) CARTE PARMA 4 iun. 928, 261, 16.

indevictus - invictus: SEQ. IN. 213, 243, 8a -e miles Cristi.

indevisus - v. **indivisus*.

indevotus - apud Christ., infidelis: PAUL. DIAC. Coll. 1393, 54 sese proximum praebere dignatus est (Christus) -is.

indi - v. *inde*.

indicacio - v. *indicatio*.

indicatio - *-acio-* inf. — Signum (it. *riferimento*): HIST. ABB. CAS. 125, 13 cum terris coniunctis ipsorum montibus per finis et -cionibus sicut inferius declaramus.

indicativum - indicium: ANAST. MON. Ep. 678 A 2 omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua procedit et inest: et -um uniuscuiusque naturae operatio et est et cognoscitur naturalis.

indicatus - notatus: HIST. ABB. CAS. 31, 30 eadem per finis -a terra.

indiccio - v. **indictio*.

indicibilis - infinitus: PASS. AMBR. FER. 394, 14 vestrae vero -is sapientiae erit illius denudare et detegere impietatem.

indicio - v. **indictio*.

indicium - *-duci-* SYN. PAP. 997, 171, 46. — De loco: VITA CAN. 34, 38 Hierosolymam (proficisci) et ... Ascensionis salutiferum -um videre cupiens; de miraculis: 34, 49 qui eius fidei -a in terrena Ierusalem videre cupivit. — Redundat: GUNZO 1285, 34 versis ad me precum -is, promissionem ceu pignus veniendi accepit. V. et **inditium*.

1 **indico** - ind. pf. *-abit* inf. — Cum *indicere* confund.: ANN. ECCL.. a. 502, 13, 51 -are Concilium. — Dicere: PASS. SERAP. 503, 39 -avit ei de Sabina omnia quae gesta fuerant: ANAST. Hyp. 686 D 5 ut antea -avimus: HIST. ABB. CAS. 309, 24 interrogavimus eos ut -arent nobis si per pars Gaidoni ... venissent ... testimonia redendum; declarare: ANN. ECCL. a. 507, 561, 18 -amus parentes nostros Gothos ... regalem nobis contulisse dignitatem; item, seq. *ut* cum coni.: HIST. ABB. CAS. 39, 36 -abit ei ut terris ipsis haberent has finis; probare: ANAST. Hippol. 668 D 2 exinanitionem pro nobis -avit (ἐπιστώσατο) divinitatis; iubere: MEM. MOD. 14 oct. 796, 10, 18 debitam pensionem ... persolvatur, de quibus si neglegens fuerit, duplici datione, ut leges -ant, puniatur.

2 **indico** - cum *indicare* confund.: ANN. ECCL. a. 504, 47, 22 quae (scil. pericula) Christianis -xit. — Afferre: a. 526, 361, 39 quod vobis quidem moerorem possit -ere: PAUL. DIAC. Coll. 1534, 51 martyrium suo corpori, assiduis ... vigiliis membra macerans, -xit; infligere: ANN. ECCL. a. 512, 116, 3 ut Concilio Chalcedonensi ... anathema -at. — Iubere: PASS. TER. PIS. 26, 4 missis exploratoribus suis -xit illis usque exquirere si ... quisquam parvulus lateret.

indictiio - v. **indictio*.

indictio - *-igt-* COD. LANG. 5 apr. 874, 433d. — Acc. sing. *-e* MAFF. Ver. II, a. 757, 635, 34. — Tempus : ANN. ECCL. a. 508, 71, 13 per illam -em Consulatus te decoramus insignibus.

indictum - diploma regis vel imperatoris : MEM. MOD. 25 mai. 781, 5, 25 ut nostre donationis vel emunitatis -um ... inviolabiliter ... permaneat : 17 aug. 840, 31, 2 hoc nostre auctoritatis -um.

1 **indictus** - dictus : ACTA SYN. 407, 27 -a superius districtione plectetur : MEM. MOD. 19 sept. 842, 32, 6 prestante ... nobis ... secundum pagina infiteosin nostre pensionis nomine omne marcio infra -i.

2 **indictus** - v. **idiota*.

indiculus - abl. sing. *-um* PAP. DIPL. 12, 24. — *-us sacramenti*, verba iuris iurandi : DOC. AR. aug. 714, 7, 16 -um sacramenti ibi iuraverunt (presbyteri) ... secundum qualiter consuetudo est. — Decretum : 14 oct. 833, 39, 12 Petrus episcopus ... hostendit -um Hlottari imperatoris.

indiczio - v. **indictio*.

indiferenter - v. *indifferenter*.

indifferens - in re theolog., consubstantialis : RUST. disp. 1213 D 14 Filius Dei ... -s secundum naturam a proprio Patre.

indifferenter - *-ife-* DOC. AR. oct. 1016, 153, 40. — De temp., sine dilatione : COD. DIPL. LONG. a. 591, 225, 2 memoratos Ecclesiasticos ad se faciat -r occurrere : ANN. CAM. I, 11, 35 missas ... pro remedio anime nostre ... in eodem loco -r ... fieri disponat abbas.

indigencia - v. *+indigentia*.

indigentia (-cia) - metonym., indigentes : MEM. PROSP. a. 1015, 371, 18 remota -ae murmuratione et molestia. — In re med., carentia : PAUL. AEG. 164, 1 seminis -a. — Difficultas : NONANT. c. 989, 69, 2 sub cura tui regiminis commissus tibi grex (i. e. monachi) nonnullis afficitur -is.

indigeo - seq. infin. : ANN. ECCL. a. 514, 143, 6 et licet de singulis non -eas edoceri. — De numeris : PAUL. DIAC. Coll. 1394, 2 unum si addatur ad novem, quaedam effigies unitatis impletur ... Novem -ent uno ut quadam unitatis forma coagulentur et decem sint.

indiges - GL. CAS. 90, 570, 2, 28 -es qui non indiget.

indigestia - v. **indigentia*.

indigestus - in re med. : ANN. ECCL. a. 523, 325, 16 imperitus medicus est qui -a putredine superducit vulneri cicatricem.

indigetus - v. **indigestus*.

indignatio - AT. EXP. 147 D -o est vigor futurae animadversionis et iustae poenae ; GL. PIST. 56, 23 commotione... id est -e.

indignitas - *-demni-* ANN. ECCL. a. 502, 15, 10

indigno - v. **indignor*.

indignor - *-ator* pro *-atur* GL. AA 480, 1, 28, *-geris* pro *-gneris* ION. Ioh. 334, 8. — Seq. *ad* : VITA PAR. 75, 18 ad impetum populi tumultuantis -ans.

indignus - seq. *ut* : GAUDER. 21, 66 -um vobis valde videtur... ut tantum virum ... recuperare promeruit (ecclesia). — Humil. tit. ecclesiasticorum : DOC. VOGH. 4, 32 Felix -us subdiaconus : COD. AUSTR. 4 aug. 802, 10, 35 ego Morskeo -us presbiter : COD. COLUMB. apr. 901, 270, 30 Liutardus -us episcopus : ANN. CAM. I, a. 954, 58, 32 Romanus -us diaconus et monacus. — Subst. : VITA PAR. 75, 16 Dominus, qui beneficia sua etiam praestat -is.

indigtio - v. *indictio*.

indigultuo - COD. DIPL. LONG. a. 721-744 ?, 237, 1 quia iussisistitis novis per -o de Luciune, ut inquireremus de livertatem eius et de molestia quet ei Toto ... faceret, et fecemus ipso Totune venire inante nus cum estum Luciune iudicium avendam.

indiminute - omnino : LIB. DIURN. 92, 5 -e servare : PAUL. NEAP. Mar. Aeg. 684 A Omnia te -e oportet nos edocere ; cum *integre* redund. : ANN. CAM. I, 17, 54 quidquid ex insula ... dominus largiri dignatus fuerit, integre et -e in monasterio condiatur.

indiminutus - immutatus : BULL. CASIN. I, a. 643, 1, 15 Patrum constituta -a servari.

indipiscor - sensu pass. : HOM. PROSP. 125, 9 quibusdam cecis lumen -eptum est, surdis auditus redditus (est).

indirecte - de tributorum impositione : MORB. NOV. 349, 46 item quod nulla onera ordinaria vel extraordinaria vel augumenta datiorum directe vel -e possint imponi in civitate Novarie.

indiscrete - sine congruo examine :

CONC. GRAECA I, 209, 1 -e ad sacerdotium provecti. — Intemperanter: PASS. REST. AF. 21, 54 si ... non te -e in vexationis iram ferino more praecipitare disponis.

indiscretus - incautus: PAUL. DIAC. Coll. 1245, 56 tales sunt -i sacerdotes in Ecclesia, qui omnem iustitiam populo mandant sed ipsi modicam servant: CONC. AEV. CAR. 506, 43 imaginum si quis es -us cultor.

indisseparatus - in re theolog., non separatus: PS. HIER. trans. 135 B unus idemque manens Filius unigenitus, -us in utriusque naturis conspicitur.

indissimilitas - in re theolog., identitas: ANAST. MON. Ep. 623 D 14 necesse est ut identitate exhibitionis -s cognoscatur existentiae.

indissimilitudo - in re theolog., identitas: ANAST. APOCR. Ep. 577 A ut ... hanc substantiae communionem et -em demonstrarent.

indissolubilis - aeternus: REICHSK. 7 iun. 990, 30, 16 hec ... donaria ... -i imperialis potestatis auctoritate ... donamus.

inditio - v. **indictio*.

indito - donare: DOC. AR. 16 ian. 936, 83, 6 quandam partem in querceto, quam frater noster Boso -avit pro Domino eidem collegio.

inditus - insitus: VITA PAR. 76, 25 -ae ferocitatis oblitus.

indium? - GL. VAT. 1469, 522, 2, 16 -is mendaciis.

individuus - *induus* DIPL. REG. 172, 29. — In re theolog., de Trinitate: DOC. PAVIA 4, 1 in nomine sancte -eque Trinitatis: MISS. LAT. 182, 20 sancta et -a Trinitate.

indivisus - *indivis* pro *indivisis* vit. typoth. MORB. NOV. 305, 20. — Pl., acc. *-is* DOC. PAVIA 2, 10, abl. *-i* COD. PAD. 10 iun. 673, 4, 6. — In re theolog., de natura Christi: PAUL. DIAC. Coll. 1163, 34 integer ergo iste et -us Deus..., totus apud Patrem, totus in Virgine. — *-um, -a*, subst., de possessionibus nondum divisis: MON. ECCL. FLOR. 27 mart. 903, 280, 5 cultum et incultum, divisum et -um: DOC. TUSCIA 10 oct. 1010, 82, 16 coltis [et incoltis], divixi et -is.

indivixus - v. **indivisus*.

indo - insero: CONC. GRAECA I, 305, 26 fides ex Nicheno concilio lecta actis -atur: ACT. VIG. 26, 29 gesta ... martyris ... urbis Romae archiepiscopo transmissa est, ut sacris martyrum memorialibus -eretur. — Notum facere, seq. *quod* et coni.: IOH. NEAP. Ian. 879, 24 qui (scil. apices) nostris pro certo mentibus -erunt quod ... incunctanter ad rei veritatem pertingeremus.

indoctus - subst.: GUNZO 1293, 53 multorum ignorantiam nudavit, apertissimo autem indicio se apud -os nutritum monstravit.

indominicatus - *-omni-* DOC. LUC. V2, 122, 14 et inf., *-onic-* REGTRO GEN. nov. 1006, 71, 14. — Ad dominum pertinens, proprius, non datus in feudum (DUC.): COD. LANG. 24 ian. 835, 217b curtem ... cum casa -a: CHARTAE I, 10 aug. 966, 210c culturas -omnicatas XIII: REICHSK. a. 1014-15, 374, 12 mansum -um cum aliis IV.

indomnicatus, indonicatus - v. *indominicatus*.

indubie - v. *induviae*.

indubitans - firmus: PASS. TRANSL. GRAT. 26, 70 si -i animo ad fidem D. n. Iesu Christi accedere desideratis.

indubitanter - sine haesitatione: PETR. PRESB. 127, 6 -r dicite et ego in quibus valeo consilium ... tribuo: ANAST. Barth. 43 B 28 colligit ea (scil. ossa) -r et recondita in vase abscondit. — In form. iuris, cum *firmiter* coniung.: COD. AUSTR. 28 iun. 828, 15, 5 quicquid habui ... firmiter et -r ... tradidi ... ad domum sancti Candidi.

indublatus - duplus: CARTE ASTI 22 mart. 900, 52, 27 componamus vobis suprascripta vindecione -a.

indubliencia - v. *indulgentia*.

inducia - v. **induciae*.

induciae (-tiae) - acc. pl. *-a* COD. LANG. 18 iun. 796, 128c. — Mora: PASS. MARC. SEC. 828, 67 -as sibi aliquas orandi a carnifice ... accepit. — Commeatus a praefecto datus: PASS. BAS. SEC. 510, 27 domine Praefecte, ... de servitio tuo numquam recessi: dona mihi -as ut vadam ad parentes meos. — Transl., de synodis convocatis, dies praestituta (gr. προδεσμία): CONC. ROM. 998, 233, 29 omnes episcopi qui ... -is vocati papiensem synodum spreverunt. — N. locut. *dare vivendi -as*, mortem differre: PASS. TRANSL. GRAT. 29, 27 dedimus eis vivendi -as.

inducium - v. *inditium*.

induco - ind. praes. 3ª pers. sing. *-et* inf. — Abs., in hunc mundum -ere: PAUL. DIAC. Coll. 1517, 25 potestates tenebrarum, quas Eva -xerat, in fugam convertit. — Advocare: NONANT. c. 989, 70, 2 de his tribus (scil. episcopis) qualem volueris -c ad consecrandam tuam ecclesiam. — Vergere ad: REGTO SILV. 25 mart. 955, 277, 26 a secundo latere clasura ... -et terminos coniuncti. — Transl., inserere: ANN. ECCL. a. 535, 518, 5 multa divini Evangelii dicta ... tollunt atque -unt; interponere: PASS. GET. 586, 47 nolite moras -ere donationi vestrae; uti: GAUDER. 20 F 67 ad correptionem ... errorum ... falcem eloquiorum -ere; proponere: GL. MED. 41, 15 Graeci ... argumenta ducendo varias opiniones -unt: LEX ROM. CAN. 79, 113, 2 qui dominii vel hypothecae quaestionem -it; impetrare: NONANT. a. 982 s. 983, 68, 21 vos excommunicabimus et insuper apostolicam -emus auctoritatem, que vos ab omni ecclesiastico ministerio sequestrabit.

inductio - GL. VAT. 1469, 522, 2, 19 -o persuasio. — In rē med., fomentum: CAEL. cel. pass. II, 37, 216 nutribilium cataplasmatum atque -um appositio: III, 17, 149 valida atque robusta -e.

inductus - v. *+induo.*

induiviae - v. *induviae.*

indulgentia - *-ljen-* HIST. ABB. CAS. 106, 25, *-ubliencia* ANN. CAM. I, a. 1007, 185, 25, *-ulliencia* a. 1018, 230, 23. — Sensu Christ., remissio poenae pro peccatis: AQU. INSCR. 167, 8 pontifex ... concessit ... -am C annorum: MISS. LAT. 70, 14 cunctarum ... -am ... culparum: ORDO 97, 9 hac ... die paenitentibus pro -a subvenitur. — Permissio: CONC. GRAECA I, 190, 5 statuit magna synodus ne ab aliis episcopis suscipiantur absque illius auctoritate et -a qui excommunicavit.

indulgeo - ind. pf. *-lximus* CARTE PARMA 3 nov. 999, 277, 8. — N. locut. *aures pietatis -ere,* benigne audire: MEM. MOD. 17 aug. 840, 30, 3 dignum est ut augustalis excellentia rectoribus ecclesiarum Dei aures suae pietatis -eat. — Poenam iudicii vel culparum remittere: IOH. NEAP. Febr. 540, 33 petimus te, domine, -e puellae iudicium istud: CONC. AEV. CAR. 166, 10 praefato Tasiloni ... culpas perpetratas -sit. — Condonare: ANN. ECCL. a. 530, 428, 29 quod in fisco ab ecclesiis in Arverno sitis debeatur, -sit: DIPL. KAR. 195, 25 ad ipsam ecclesiam ... supradictos debitos -emus. — Concedere: CHARTAE I, 25 mart. 773, 21c pro aeternam retribucionem beneficium ad ipso sancto loco visi fuimus -sisse; donare: COD. VER. 16 iul. 774, 64, 35 hec ... omnia ... ad basilicam ... concessimus atque plenissima voluntate -simus.

induljentia - v. *indulgentia.*

indullemtia, indullentiia - v. **indulgentia.*

indulliencia - v. *indulgentia.*

indumentum - *-min-* COD. TOSC. ian. 798, 312, 30. — Tegumentum: PAUL. DIAC. Coll. 1512, 3 lectum ... habentem competentia ... -a: HIST. ABB. CAS. 80, 41 -a autem ... altaris sunt duo: circitoria et coopertoria tres.

indumintum - v. *indumentum.*

induo - *-ctus* DIONISI Ald. 164, 23. — Infin. pro gerundivo: COD. LANG. a. 888-915, 571b dalmatica I diacono -ere. — *Carnem -ere,* de Deo, qui homo factus est: PAUL. DIAC. Coll. 1168, 11 misit Deus Filium ... ut carnem -eret. — Transl., sensu spirit.: PASS. NYMPH. 95, 10 ecce, filiae, baptizatae estis ... -entes novum (scil. hominem), qui renovatur in agnitione iuxta imaginem creatoris sui.

induperator - v. **imperator.*

induplo - pecuniam duplam solvere: KOHLER 43, 11 si non dederit in die, debet ad octavam -are: COD. LANG. 18 nov. 999, 706a -are debeant, sicut ab illis temporibus meliorata fuerit (res).

indurico - v. **induresco.*

indus - subst., genus adhaerentis emplastri: PAUL AEG. 174, 20 efficaciter vero ad hoc faciunt et adherentia emplastra, ut armonia, milini, -i et similia.

indutiae - v. *+induciae.*

induus - v. *+individuus.*

induviae - *-uiv-* GL. CAS. 90, 570, 2, 29, *-ubie* GL. AA 460, 1, 28.

ine- - v. et *+inae-*

inecauso - litem intendere: COD. TOSC. apr. 800, 320, 22 si... contra anc cartulam ... -arc bel agere temtaberimus.

ineccio, inectio - v. **enectio.*

inecto - v. **innecto.*

inefabilis - v. *ineffabilis.*

ineffabilis - *-efa-* inf. — In re theolog.,

de natura Dei: PAUL. DIAC. Coll. 1167, 2 Abrahae ... non per -em deitatis substantiam, sed per angelicam speciem visus est. — Infinitus: REICHSK. 24 dec. 963, 610, 30 ut ... posset -efabilem misericordiam iugiter exorare. — De possessionibus, immensus: BULL. CASIN. II, a. 1000, 62, 6 nec non Armentaria et Blundi cum pertinentiis -ibus illi (scil. monasterio) in perpetuum corroboramus.

inegrestus - incultus: COD. DIPL. LONG. 4-31 iul. 754, 345, 19 territurias cultas et incultas et -as silvas.

ineo - *ineire* COD. LANG. 29 sept. 921, 851c. — *Certamen -ire*, sensu spirit.: PASS. ANSANI 63, 35 hora certaminis quod... viriliter meditabatur -ire. — Sensu leg., actionem intendere: MEM. MOD. 17 aug. 840, 30, 46 contra hoc nostre contributionis decretum -ire; de edicto, promulgare: PASS. ANSANI 63, 45 ut eorum insanum edictum fore -itum comprobaret; de publicis instrumentis, conscribere: REGTO SUB. 9 febr. 973, 78, 4 quotiens -te fuerint charte commutationum tanta firmitate subsistant quanta legum ratio emptio venditionis forma testatur.

inepiscor - adipisci: DIPL. KAR. 36, 24 ad -endam vitam aeternam.

ineptus - *inap-*, *insep-*, *memp-* inf. — GL. AA 460, 1, 12 -aptus lautus; 459, 1, 30 haut davus inseptus surdus; 442, 1, 13 baburra stulta mempta. — Imperitus: ANN. ECCL. a. 510, 92, 31 librorum venditores nonnulli -is usi librariis, neque cum exemplari descripta comparantes.

inequitas - v. *iniquitas*.

inereo - v. **inhereo*.

iners - GL. VAT. 1469, 522, 2, 17 -ta divisa. — Sensu spirit.: ACT. VIG. 13, 2 ut eorum gestis -es ... animos excitent ad profectum. — N. pl. *-es*, subst., imperiti: CAEL. cel. pass. I, 11, 88 vini dandi consuetudo ... accusabilis apud -es, quos idiotas appellant, invenitur; de rebus, inopportunus: II, 19, 122 sanguinis mutatio -s est detractionis moderationi: I, 15, 138 -s est aegros ... transferre: II, 38, 224 est ... -s vinum dare.

inertia - metonym.: VITA CAN. 30, 15 furor arma ministrat -ae. — Inutilitas: 34, 34 ministri iniquitatis ... nimia discursus fatigati -a.

inerubescens - impudens: PAUL. NEAP. Mar. Aeg. 681 A 6 illi autem -em motum meum videntes ... me in naviculam portaverunt.

ineruditus - de reb., insensatus: AT. EXP. 694 B stultas autem et -as quaestiones devita, sciens quia generant lites.

inesaia - GL. VAT. 1469, 522, 1, 3 fenicium -a coccinum.

inesco - transl.: ANN. ECCL. a. 538, 580, 10 eosque qui sacram scripturam non accurate percepissent, -are posset. — Esca munire, in imag.: PAUL. DIAC. Coll. 1516, 35 ibi (scil. in Maria) alti consilii providentia -atus est hamus, qui ad extrahendum serpentem antiquum ... de coelo traiectus est.

inessentialis - in re theolog., de natura Christi: ANAST. MON. Ep. 677 B 1 illi vero nec unam voluntatem vel operationem eum (scil. Christum) habere volunt, ac per hoc insubstantialem illum et -em (dicunt).

inestimabilis (inae-) - *-ext-* PS. ART. 620, 19: IOH. NEAP. Febr. 542, 26. — Maximus: PASS. EUG. SEC. 610 D 12 erat itaque planctus -is, fletus immensus: lugebant universi confusi.

inevadibiliter - sine facultate evadendi: RATH. Serm. 709 B 6 metuendum (est) ne -r a Domino conclusi.

inevitabilis - abl. sing. *-i*, adv.: IOH. NEAP. Ian. 874 E 2 unde -i pseudoepigraphi discrimen incurramus.

inexaminate - sine congruo examine: CONC. GRAECA I, 126, 1 si -e ad presbyterium ... promoveantur.

inexaudibilis - sensu act., qui preces non audit: VITA PROBI 554, 31 Deum exorabilem reddiderunt -em.

inexcusabilis - inevitabilis, cum *necessarius* redund.: LEX ROM. CAN. 75, 101, 1 si qua necessaria causa et -is immineat, ut mutuam pecuniam capiat venerabilis locus.

inexercitalis - DOC. AR. 20 iun. 715, 14, 37 Audo inexercitalis (fort. perper. pro: Audoin *exercitalis*) germano ipsius.

inexhaustus - de temp., perennis: BOETH. Phil. Cons. 46, 58 -a aeternitate.

inexistentia - it. *inesistenza*: ANAST. MON. Ep. 677 B 5 cum ... corruptio, id est

interemptio et -a naturae, naturalium habitudinum et operationum atque virtutum ... defectus existat.

inexplanabilis - mirandus: ANN. ECCL. a. 530, 424, 53 veluti fornix ... duabus columnis evectus immensam atque -em altitudinem ... ostentans.

inexplebilis - transl.: IOH. NEAP. Ian. 881 D 32 pro -i gaudio.

inexquisitus - de possessione quae pleno iure possidetur et exquiri non potest (cf. DUC. s.v. *-us* et *exquisitus*): COD. AUSTR. 29 iun. 763, 31, 1, 10 in cenobie ... transfundavi ... rem -am stipulatione subnexam.

inexstinguibilis - *-exti-* inf. — GL. AA 460, 1, 31 inexpiabilem inext-em.

inextimabilis - v. *inestimabilis*.

inextinguibilis - v. *inexstinguibilis*.

inextinguibiliter - implacabiliter: RATH. Serm. 721 C 2 qua (scil. fallacia) ... -r fraudulentorum aestuat animus.

infactia - v. **infantia*.

infactio - gr. ἀγεννησία, in re theolog., de Deo qui creatus non est: ANAST. Hippol. 672 C 10 cum quotquot est natura, id est inprincipalitate, -e, infinitate, in deitate ratio contemplatur.

infalso - GL. AA 460, 1, 34, -o non falso.

infamo - *-iant* inf. — GL. PIST. 57, 34 denotant id est -iant.

infancia - v. **infantia*.

infans - abl. pl. *-is* COD. LANG. a. 905 s. 906, 718c. — N. locut. *iovenes -es*, pueri: DOC. AR. 20 iun. 715, 12, 41 si iovenes -es interroga, ipsi vobis similiter dicunt veritatem. — Filius: EVR. test. 876, 6 qualiter nostri -es ... praedium nostrum ... obtinere debeant: CHARTAE I, 6 aug. 904, 110c -es mei post obitum meum similiter faciant. — Transl., insipiens: RATH. Serm. 756 B 10 ex -issimo vero Dominum metitur, qui putat eum ut non curet quantum a quovis laedatur.

infantia - n. locut. *a pubertatis -a*, a prima pubertate: IOH. CAS. Pass. 30, 51 ab ipsa pubertatis -a sacris litteris Luterio eruditus. — Transl.: PAUL. DIAC. Coll. 1488, 29 volvebat animo ... nascentis Ecclesiae -am lue erroris maculari posse.

infantolus - v. *infantulus*.

infantula - *inif-* vit. typoth. IOH. NEAP. Febr. 540, 51, *-ulla* 541, 6.

infantulla - v. *infantula*.

infantulus - *-tol-* FICKER mart. 843, 17, 3. — Acc. sing. *-o* DOC. AR. 20 iun. 715, 14, 14. — Adi., puerilis: PASS. TRANSL. FELICIT. 41 B 14 -a aetas.

infectus - *-am* pro *-um* vit. typoth. ANN. ECCL. a. 531, 433, 10. — Illitus: a. 540, 611, 19 ipsi super -am grandine humum in faciem proruunt. — De morbo: VITA CAN. 32, 57 claudi ab -a erigebantur debilitate.

infecundus - transl., sensu spirit.: ANN. ECCL. a. 517, 185, 20 haec causa fuit ... ut moneam ne terram nostram iacere patiamur ... -am: PAUL. DIAC. Coll. 1324, 30 quae (scil. gens) quondam sterilis et -a ... spiritualibus bonorum operum fructibus abundare studuit.

infedelis - v. *infidelis*.

infedelitas - v. *infidelitas*.

infelicitas - metonym., *mea -s*, in form. humilitatis: CONC. AEV. CAR. 84, 5 quod mea -s audiens, hoc fieri prohibui.

infelix - *-foel-* DIONISI Ap. 55, 12. — Transl., de haereticorum quorundam doctrina: DION. Cyr. Succ. 304, 18 nec separationem naturalem (i.e. naturarum Verbi) ... admittunt, sicut auctori -ium inventorum sapere placuit. — Sensu morali, indignus: GL. PIST. 36, 25 si quis prostituerit ancillam suam amare et -i operacioni et corporis questibus. — Amens: PASS. FIRM. 130, 31 -x, quae natales tuos perdidisti et exuta facultatibus: quare ... non frueris divitiis tuis? — *-issimus*, humil. tit.: IOH. NEAP. Seb. 22 B 1 cum me -issimum Ioannem Diaconum ... unice diligeret (domnus Ioannes).

infenitus - v. *infinitus*.

infeodo - v. *infeudo*.

infer - v. **inter*.

inferior - v. *+inferus*.

infermentatus - n. pl. *-a*, subst., panes non fermentati (gr. ἄζυμα): CONC. GRAECA I, 32, 11 si quis episcopus ... suscipit ab ipsis (scil. Iudeis) celebrationis munera, id est -a aut aliquid tale, degradetur.

infermitas - v. *infirmitas*.

infernus - sensu Christ., *-us inferior*, ima loca -i ubi poenae maiores esse putabantur: PASS. DOMN. 992, 55 ut possit eam (scil.

animam) de -o inferiore liberare: ANN. CAM. I, a. 858, 18, 51 in -o inferiore in evum consistat et in exteriores tenebras. — Transl., *-i filii*, homines mali: PASS. CRESC. 353, 9 Diocletianus et Maximianus, qui filii sunt -i.

infero - *-ullerunt* CARTE SUSA 74, 168, *-ullerimus* CARTE PARMA 8 mart. 991, 254, 20. — Ind. fut. *-ravit* CHARTAE I, febr. 949, 165b, pf. pass. *infertum est* inf., coni. impf. pass. *-rerentur* ANN. ECCL. a. 504, 48, 29, part. pf. *intultus* GL. AA 461, 1, 12, ger. abl. *illatando* inf., infin. *-rere* CARTE PARMA 14 ian. 908, 579, 15: DOC. AR. 10 mai. 963, 98, 31. — Cum *ad* et dat. (?): DOC. TREV. 60, 1 ad monasterio -re. — F. *ferre*, pati: ANAST. Hyp. 688 B 14 qui ... martyrium -ebant; f. *proferre*, augere: REICHSK. 6 apr. 975, 316, 8 pro illatando imperiali coronae solio ... strenue plurimos labores ... toleravit. — Absol., molestiam -re: BULL. CASIN. I, a. 741, 4, 25 ut nullus praesumat eidem monasterio vel eius ... possessionibus -re. — Dare: MISS. LAT. 92, 1 diversa utrisque -tulit stipendia: VITA CAN. 29, 42 edicti iura a Pigratio Praefecto -lata. — Tribuo, proprie: ANN. ECCL. a. 523, 327, 30 omnes hae (scil. res) privatis rebus -antur; item, transl.: PASS. REST. AF. 22, 36 diis nostris ... reverentiam non -unt. — Dicere vel respondere: ANN. ECCL. a. 526, 363, 14 quid est quod ... ei maxime parti ... victoria succedit? Ad quod Avitus -tulit dicens: DOC. VOGH. 3, 41 -entibus blasphemiam in Spiritu Sancto: IST. PIAC. 285, 22 parte ... imperatricis casis et rebus sicut supra infertum est abere deberent.

inferto - GL. CAS. 90, 570, 2, 31 -at apportat ministrat.

infertus - v. **infarcio*.

inferus - abl. sing. *-iori* BEN. VII 317 B 6. — Infrascriptus: CARTE PARMA 28 dec. 980, 232, 10 ipsi supradicti castelli et ceterorum omnium -orum incole. — Sensu morali, deterior: ANN. ECCL. a. 512, 116, 11 evenit porro aliud hisce nihilo -ius; *regnum -ius*, sensu Christ., de vita terrena: ANN. ECCL. a. 527, 373, 1 utere ut oportet regno hoc -iore, ut scala tibi faciat superioris claritatis. — De propinquitatis vinculo: GL. TOR. 70, 17 adgnatis -ioris gradus; in ordine cognationis prognati: LEX ROM. CAN. 120, 78, 1 res autem a priore marito sibi relictas nullo modo lucrabitur, sed decem personis res eodem accrescunt usque ad sextum gradum in superioribus et -ioribus et ex latere venientibus. — *-fimus*, humil. tit.: ANN. CAM. I, a. 974, 94, 11 Romualdus s. Ravennatis ecclesie levitarum -fimus ... consensi. — N. pl. *-a*, subst., quae sub terra sunt: SEQ. IN. 13, 3a qui gubernat supera et terrena nec non -a. — *-iora*, subst., in re med., inferiora corporis partes: PAUL. DIAC. Coll. 1271, 2 esca per occultos meatus quos poros dicunt ad -iora purganda dilabitur: IOH. ROM. Vita 220 C 11 humor noxius -iora petens, superiora profecto deseruit; loca -iora: PAUL. DIAC. Coll. 1342, 49 populus loquenti in monte Domino appropinquare voluit de -ioribus; infernus, sensu Christ.: CARTE PARMA 2 dec. 942, 299, 33 cum inpis ad -iora permaneat; quae infra superficiem sunt, persaepe in form.: IST. PIAC. 277, 28 mea porcio cum accessionem ... cum superiora et -iora sua vindo: CHARTAE I, mart. 903, 23d ut abberet dominia vindendi cum superioribus et -ioribus suis: DOC. NOVI 9, 16 manso ... una cum accessione et ingresso seu cum superioribus et -ioribus suis ... dono; *-fima*, subst., transl.: BOETH. Phil. Cons. 47, 14 mors ... involvit humile pariter et celsum caput aequatque summis -fima: PAUL. DIAC. Coll. 1326, 50 nisi ipse (scil. Christus) misericorditer -fima peteret, nequaquam nos ... perditos ... ad summa revocaret.

infervisco - v. **infervesco*.

infesco - v. **infisco*.

infesto - *-antes*, subst., hostes: DIPL. REG. II, 19, 19 contra omnes -antium incursiones. — Transl., sensu spirit.: ANN. ECCL. a. 507, 61, 1 accidit ut ... viri animum livida Satanae malitia -aret: MISS. LAT. 182, 10 daemonem mortiferum eos -antem: SEQ. IN. 245, 281, 7a duplex mors ne me -et.

infeudo - *-feod-* inf. — In *feudum* concedere: MUR. VI, 244 A 10 Comitatum de Sacco Imperator sibi et imperio retinebit neque donabit neque -eodabit. — *-tus*, de eo qui regis vel imperatoris iussu munus quoddam explet: DIPL. REG. a. 968, 610, 40 nec iudex publicus vel exactor ... monasterio aliquam vim vel distractionem inferre ...

nisi coram illius monasterii advocato a nobis confirmato et -to.

infeutheticarius - v. *emphyteuticarius.*

infibublu - v. **infundibulum.*

inficio - cum *infitior* confund.: VITA PROBI 554, 53 nec -imus nec affirmamus.

inficior - v. *infitior.*

infidelis - *-fed-* PASS. VINC. 626, 26. — Sensu leg., pacto non fidelis: ANN. CAM. I, a. 992, 118, 26 det pars -is partis fidem servantis ... auri libram unam.

infidelitas - *-fed-* DIONISI Ald. 98, 9. — Incredulitas: DION. Marc. 728, 23 -e motus ait: unde hoc certum est quod caput Praecursoris existat?

infidibilum - v. **infundibulum.*

infidior - v. *infitior.*

infidis - nom. sing. *-em* inf. — Sensu leg., pacto non fidelis: CARTE MICA iun. 989, 518, 20 det pars -em partis fidem servantem ... auri uncie tres.

infidubilum, infidubulum - v. **infundibulum.*

infiduciacio - v. *infiduciatio.*

infiduciatio - *-acio* COD. LANG. 5 mai. 785, 113b. — Pigneratio: MON. NEAP. DUC. 22 nov. 997, 189, 18 sicut ipsa chartula -is continet.

infiducio - oppignerare: COD. VER. febr. 825, 166, 7 per ... genitori meo consenso ... -avit una loca de terrola; in form. iuris: MON. NEAP. DUC. 18 ian. 997, 183, 32 nullatenus ... presument ... illam (scil. clusuriam) venumdare aut -are aut in pignus supponere.

infigo - clavis figere, gr. καθηλόω: PORFYR. 778 D 11 praecepit omnes curas in eodem templo in praegomas aeneas cum caracteribus -i. — Transl., de oculis: ANN. ECCL. a. 520, 288, 24 dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscae lucis -eret. — Sensu leg.: ADN. COD. IUST. 48, 24 qui sub nomen potentis ... titulos in rebus alienis -unt, poena multentur.

infiguratus - de nummis figura *principis* signatis: PAP. DIPL. 199, 7 septinos aureos -os.

infiliatio - filiatio, sensu theol.: SEQ. IN. 287, 332, 5b Hic, super struem Isaac dum immolat victimam, in Christo praesignat -em.

infingo - cum *infigere* confund.: LEX ROM. CAN. 167, 9 quam (scil. veritatem) per aures animis hominum -itur.

infinitus - *-fen-* DOC. LUC. V2, 19, 31. — Plurimus: PAP. DIPL. 168, 42 Vigilius dixit -as gratias. — Definitus: COD. TOSC. a. 760, 570, 17 -um et deliberatum susceptum pretium: COD. VER. 17 nov. 878, 399, 8 reddam ... de predictis rebus ... annualiter -o nomine argento ... solidos L octo. — De temp., n. locut. *usque -a progenie,* usque ad finem progeniei: HIST. ABB. CAS. 107, 18 nullus abbas (potestatem habeat) cuilibet personae relinquendi (quod largivi) ... nisi ad nos vel meos haeredes usque -a progenie; item, *per -um,* in perpetuum: REICHSK. 18 iun. 983, 334, 27 quicquid ... in ius fisci cedendum fuit ... manere volumus esse per -um ... sancto Martino... concessum.

infiringo - v. *infringo.*

infirmario - v. *infirmarium.*

infirmarium - nom. sing. *-o* MON. NEAP. DUC. 15 mart. 946, 53, 6. — Nosocomium: 52, 29 offert et tradit in -um dicti monasterii, ad habendum pro regendi et dispensandi infirmis ... monasterii.

infirmatus - morbo affectus, de hom.: PAULIN. Laz. 7, 2 -us Lazarus mortis atque vitae stabat summo in confinio; de corporis parte: PAUL. AEG. 199, 22 adveniens habundans humor in iuncturam ... -am, dolorem operatur.

infirmento - v. **infermento.*

infirmitas - *-fer-* DOC. LUC. V2, 93, 6. — Pudenda: PAUL. NEAP. Mar. Aeg. 677 D projice mihi indumentum quo circumdatus es, ut possim muliebrem -em operire ad te convertens.

1 **infirmo** - v. **informo.*

2 **infirmo** - aegrotare: AGNELL. 387, 29 egressus de civitate venire voluit et -avit. — Sensu leg., confirmare: DOC. AR. 4 mart. 801, 30, 4 quicquid ... in nostra praesentia ... fuerit terminatum vel diffinitum, oportet nostris -are oraculis, ita ut ... perpetuis temporibus maneat inconvulsum; violare: NONANT. c. 970, 63, 3 si ... cartulam de per ullo tempore -averimus, et non ipsam observaverimus.

infirmus - transl., sensu spirit.: PASS. TER. PIS. 41, 28 ut naturam nostram peccato obstrictam absolveres et -am sanares; inhabitabilis: VITA CAN. 33, 53 flumen

lacrymarum tuarum ... impegit domicilium meum -um. — Sensu leg., irritus: ANN. ECCL. a. 516, 168, 63 cum nec alia Synodus facta fuerit, per quam, quae ab illa disposita sunt, redderentur -a. — N. pl. *-a*, subst., de rebus humanis: DION. Cyr. Succ. 304, 1 quomodo Deus Verbum ... ad -a, hoc est ad nostra se misericordia inclinavit?; vitia: PAUL. DIAC. Coll. 1231, 3 porta proximum tuum, eius -a patienter tolerando; metonym., humiles: MISS. LAT. 270, 7 Deus, qui -a mundi eligis et fortia quaeque confundis.

infisco - confiscare: ADN. COD. IUST. 15, 3 si christianus Iudeus factus fuerit, res ipsius -etur: CHARTAE I, a. 1014, 238, 405c si quis contra animum regis cogitaverit ... res illius -entur.

infiteosis, infiteusis - v. *emphyteusis*.

infitior - *-ici-* GL. AA 435, 2, 10, *-idi-* ADN. COD. IUST. 95, 13.

infixus - distinctus: AGNELL. 339, 12 quod caput erat ex auro ligatum optimum margaritisque et diversis preciosissimis gemmis -um. — Impressus: PAP. DIPL. 111, 16 signacula ... in hoc testamento -a vidimus.

inflamacio, inflamatio, inflammacio - v. **inflammatio*.

inflammo - transl.: IOH. CLUN. Od. 112, 29 in eorum cordibus lumen veritatis -at (sanctus Oddo): INV. TROPH. 236, 28 Spiritu Sancto -tus, pangebat: dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem.

inflatus - transl.: APP. Cant. 120, 5 nisi ... de altitudine -ae sapientiae pennis obedientiae deposuerit se ad plenam et simplicem Christi doctrinam ... ad montem Paradisi ascendere minime poterit; sensu spirit.: DOC. VOGH. 2, 21 in caelesti patria ... ubi perpetuo successu mens -a Domino gratulatur.

Inflecto - parare: PAUL. DIAC. Coll. 1348, 19 qui vero spreverint doctrinam docentium, sibi labores et pericula ... -unt. — N. locut. *alqd ad nullum usum -ere*, eo *non uti*: DIPL. KAR. 203, 22 ut iam fatam villam numquam praesumant alicui beneficio tribuere neque per precariam ... prebere neque ad nullum omnino istius saeculi usum -ere.

inflo - *-ari*, ira incendi: VITA SEV. MIL. 650, 11 audita huiusmodi fama, -atus est spiritus eius adversus eum et misit milites. V. et *inflatus*.

influo - fluere: GL. TOR. 58, 18 quotiens totius tecti aqua per unum locum -it. — Transl., de planitie, patere: REICHSK. 7 ian. 999, 37, 14 finitur (regio) in planicella, que veniens -it per Opitergium.

infocare - suffocare: GL. AA 453, 2, 1 enectare (= enecare) -are.

infoelix - v. *infelix*.

informis - impolitus: DION. ep. Prot. 1093, 33 ne graecizantes ... laederent veritatem propter -em sermonem atque incongruum.

informo - transl., instituere: ANN. ECCL. a. 518, 202, 10 Dominus noster ... crucem ascendit, suos -aturus exemplo. — Demonstrare: COD. ISTR. a. 555, 25, 16 quales ... sint, qui ecclesiam fugiunt, Eufrasii vos scelera ... -ant; exponere: PAUL. DIAC. Coll. 1383, 39 quae sequuntur, recto ordine -are; certiorem facere: IOH. ROM. Vita 76 A 8 ipse ... te ... studeat -are. — Ornare: PASS. NYMPH. 97, 17 licebit nobis amodo purpurisso uti aliisque rebus, quibus solet -ari speciositas vel facies colorari?

infortunium - *-fur-* GL. AA 460, 2, 1.

infra - *fra* MORB. NOV. 314, 16. — Cum. nom.: REGTO SUB. nov. 965, 110, 12 quantum -a isti affines iaceat: TAB. MAR. LAT. 19 oct. 988, 21, 10 vinea bovarica quantacumque mihi avere ... videtur -a subscripti fines; gen.: VITA PROBI 555, 4 indocti et nescii -a eorum: 555, 32 -a urbis deferre ecclesiam; abl.: inf. — Coniung. cum praep., *a*: CAEL. med. resp. 234, 15 -erius a pectore dolore cinguntur; *de*: COD. PAD. 12 sept. 895, 34, 2 de terris aratoriis vendere debeas de -a villa modio tercio, de foris modio quarto; *per*: ANN. CAM. I, a. 970, 105, 54 castello per -a plebe de casis pertinere dignoscitur. — Pro casu dat.: HIST. ABB. CAS. 140, 46 censum persolvere debeatis ... -a ipso monasterio annualiter ... pario de pulli uno. — Praep., de loco, intra: PAULIN. Laz. 366 B 13 -a virginea viscera: ANN. CAM. I, a. 945, 46, 26 tam -a civitatem quam ... extra civitatem: REICHSK. 8 mai. 1008, 40, 6 aeclesiae sancti Stephani protomartyris -a murum Magontinae civitatis constructae; *-a semetipsum*,

-a se, secum: PASS. ANSANI 61, 8 martyr caepit praemeditari -a semetipsum: GUNZO 1297, 21 aliquando ita -a se decidit, ut pigmaeae virgini non immerito assimilari possit; in, proprie: SYN. TIC. 416, 26 quicumque ... rapinas -a regnum hoc exercere presumunt: FONTI MARCHE 5, 10 monasterio Domini Salvatoris quod situm est -a territorio Reitano: DOC. AST. 284, 38 actum -a castro de vico calliano; item, transl.: BULL. CASIN. I, a. 643, 2, 7 abbas ... -a sacra ministeria constitutus; inter: ION. Ioh. 330, 24 ipse -a monasteriorum septa positus: GL. NOV. 219, 18 civilis causa: ideo dicitur, quae -a cives facta fuerit: VITA PROBI 554, 24 -a civitatem Ravennae et Classim; prope: CAT. REG. LANG., 494, 29 Capuana civitas constructa de novo -a pontem: HIST. ABB. CAS. 310, 15 convocabimus -a nobis ... subscriptos idoneos homines; praeter: ADALB. Mart. 225, 19 -a haec non multi alii predio habentes. — De temp., intra: COD. TOSC. aug. 774, 229, 21 si -a quarta die restaurare neclixerimus: COD. PAD. 23 febr. 840, 20, 31 si ... -a sex menses proposuerit ipse iudex ... iuditium habere; per: FICKER 5 iun. 796, 4, 31 i scio Ascausulu ... -a trigintas annos esset servus Sancte Mariae: CIP. Org. a. 845, 290, 17 tu -a trigintam annos fecistis hoperas ... ad partem sancte Mariae ... modo te suptrais; *-a eta* vel *etatem*, de eo qui nondum sui iuris est: FICKER mart. 843, 17, 3 -a etatem legitimam esse: MON. NEAP. DUC. 11 nov. 932, 31, 5 in eo ... tenore ut si quis eorum -a etatem aut sine herede obierit: REGTRO GEN. mai. 1009 ?, 73, 2 si mortuus fuerit -a eta sine filio vel filia de legitima procreacione; n. locut. *dies -a dies* (it. *giorno dopo giorno*), quotidie: MON. NEAP. DUC. 10 iun. 994, 176, 25 dies -a dies unum cofinum de ube pro lardum a condendum a ipsis operariis.

infractus - transl., sensu leg.: DIPL. REG. 232, 14 ut ... ipsa concambiorum convenientia firma -aque permanere valeat.

infragno, infrago - v. ⁺*infringo*.

inframgo - v. ⁺*infringo*.

inframittens - nom. pl. *-itentis* inf. — *-es personae*, de eis qui in loco vel nomine alcis mittuntur: CARTE PARMA 1 apr. 924, 244, 14 pena ... inter se posuerunt, quod si ipse Azo prepositus vel sucesores suos aut parti ipsius canonice vel eorum -itentis personis vel parti eorum dato eidem Gotofredi ... ipsum oratorium ... retolere ... quesierint.

infrango - v. ⁺*infringo*.

infrascriptus - *-itus* COD. PAD. iul. 1021, 142, 2, — Suprascriptus: REGTO SILV. 8 mart. 962, 283, 13 paternum (i.e. paterna hereditas) ... positum -o territorio Ortano: ANN. CAM. I, a. 981, 103, 34 per -um publicum strumentum.

infrascritus - v. *infrascriptus*.

infremus - v. *infrenus*.

infreno - de fibula, ligare: PASS. AMBR. FER. 394, 34 iussit (Datianus) ... balteum, quam aurea -abat fibula, solvi.

infrenus - *-emi* inf. — GL. AA 460, 1, 38 -emi indomiti.

infrigdacio - v. **infrigdatio*.

infrigido - intr., frigescere: GL. MED. 53, 2 quando aliqua pars velut ignis ardeat aut -et: 73, 1 samsucium, hoc est dypsnia, difficilem anelitum facit, -ant articuli omnes ex vicinitate pulmonum et thoraci.

infrigo - v. **infrigdo*.

infringo (-ango) - *-firingere* BULL. CASIN. II, a. 802, 20, 53, *-fragere* CARTE PARMA mai. 953, 331, 34, *-fragnere* DOC. LUC. V3, 656, 22: COD. PAD. aug. 976, 88, 13: TOSC. STUD. 29 sept. 1011, 37, 38, *-framgere* CARTE PARMA 15 oct. 1021, 291, 20. — Transl., sensu leg., violare, persaepe in form.: BULL. CASIN. II, a. 763, 8, 38 hoc ... privilegii decretum -ere: COD. PAD. 2 apr. 866, 28, 22 si quis hanc nostram offersionis donationem minorare aut -ere quesierimus: COD. LANG. dec. 905, 705b qui se de suprascripta comutacione distollere aut removere quesierint aut -ere temptaverint: FICKER 26 mai. 988, 50, 39 si ... eam (scil. cartulam) per covis ienium -ere quesierimus. — Privare: ORDO 532, 4 iubemus ut nullus dux ... prelibatam ecclesiam ... de iam prenominatis rebus ... -ere aut disvestire presumat.

infritus - v. **infrico*.

infro - v. **infra*.

infronitus - v. *infrunitus*.

infructefer - v. *infructifer*.

infructibilis - infructifer: ADN. COD. IUST. 239, 16 ager -is.

infructifer - *-uti-* CHART. IM. 3 febr.

1017, 9, 9, *-tef-* DOC. LUC. V2, 80, 26 : inf. — Abl. pl. *-i* REGTO SUB. 21 iul. 1005, 27, 17. — *-a* (?), subst., arbor quae nullum fructum profert : CARTE ASTI iun. 884, 20, 8 pascois, ribis, pomeferis vel -teferis.

infructuosus - de terra, haud ferax : COD. LANG. a. 905 s. 906, 706b in curte griliano sunt casas V, caminatas II... terra -a I. — Transl., sine muneribus : PAUL. DIAC. Coll. 1192, 6 non venies in conspectu sancti templi -us, sed offeres munus tuum ; irritus : COD. DIPL. LONG. iul. ? 755, 590, 4 sic vacui et -i sine effectu iustitiae reversi sumus.

infrugifer - infructifer : COD. LANG. 15 mart. 909, 742a silvis, arboribus frugiferis et -is. — Transl., sensu spirit. : MART. 173 D 1 ne ... populi in terram squalidam et -am vertantur.

infrunitus - *-fro-* inf. — Insolens, improbus : AGNELL. 390, 39 ut video inriverens et -fronitus es : BULL. ROM. 17 sept. 885, 226, 1, 2 pro excessu suae tantae transgressionis cum Iuda traditore -us atque rebellis ... noverit se habiturum portionem in gehenna.

infrutifer - v. *infructifer.*

infugo - *alqm -are,* ei fugam suadere : ADN. COD. IUST. 296, 9 si quis eum (scil. mercenarium) ... -averit.

infula - transl., de dignitate ecclesiastica : VITA PROBI 554, 65 sacerdotii -as : 556, 56 post pontificalem -am ; *-ae principales,* de potestate imperiali : ANN. ECCL. a. 518, 228, 46 mox ut adeptus est (Iustinianus), caelesti iudicio, -as principales. — *Sacerdotales -ae,* vestimenta sacerdotalia : IOH. ROM. Vita 207 D 9 cum sacerdotalibus -is consuetudinaliter procedere.

infulatus - *-us armorum,* armis indutus : VITA GEMIN. 73, 7 imperator ... circumdatus caterva populorum, -us armorum.

infundo - intr., influere : BULL. ROM. nov. 1011, 12, IV, 15 aquaeductum qui discurrit per Tamarice et -it in Tezer. — Transl. : PAUL. DIAC. Coll. 1498, 53 caelestis plane imber in virgineum vellus placido se -it illapsu : MISS. LAT. 58, 7 libatio ... penetralia nostri cordis -at ; de odore : HOM. PROSP. 124, 29 tanta suavitas tantaque odoris fragrantia profluxit naresque omnium qui aderant et pectora -it. — *In potestatem atque proprietatem -ere,* pleno iure donare : DIPL. REG. 530, 40 nostrae proprietatis causas ... in potestatem atque proprietatem ... aecclesiae -imus. — *-i,* pass., madefieri : ACT. SILV. 513, 28 tantam lachrymarum effudit multitudinem ut ... vestimenta purpurea -erentur : PAUL. NEAP. Mar. Aeg. 678 B 10 tremens senex sudoris guttis -ebatur.

infurtunium - v. *infortunium.*

infusuria - abl. pl. *-as* inf. — Palus in qua linum infusum maceratur (cf. B. Capasso, ed. cit., p. 317 s.v. *fusarium*) : MON. NEAP. DUC. 2 sept. 1009, 21, 13 castanietis et padulis et excatoriis et -as.

infusio - *-uxio* PAUL. AEG. 206, 9. — In re med., effusio : GL. MED. 52, 18 fit ... paralisis iuxta senices, quorum corpora nimium frigida sunt ex flegmarum -e. — Transl., sensu spirit. : MISS. LAT. 130, 14 Sancti Spiritus, Domine, corda nostra inundet -o.

infuxio - v. *infusio.*

ingannatio - fraus (it. *inganno*) : FICKER mart. 843, 18, 6 direxit missum ... ne ad ipsum infantulum aliqua -o facta non fuisset : IST. PIAC. 277, 11 direxit ... missum qui ... extimasset ne aliqua -o facta non fuisset.

ingecio - v. **inicio.*

ingemas - fort. perper. pro *ingeniis* vel potius *ingenias* : AGNELL. 387, 16 quae necessaria erant Ravennenses cives volventes in angaria cum funibus et -as cetera.

ingemino - *-ari,* sensu med., augeri : IOH. NEAP. Ian. 881, 27 ipsi quoque praeposito miseranda confusio -abatur.

ingemisco - *-messimus* inf. — *Alci -ere,* auxilium ab eo gementes petere : CHARTAE I, 11 iun. 628, 5d cui (scil. Redemptori) -messimus, redemptionem nostram expectantes. — Sensu spirit. : PAUL. DIAC. Coll. 1240, 14 non solum labia movens sed mente -ens.

ingeneratio - *ig-* inf. — Generatio : ANN. CAM. I, a. 1008, 186, 51 qui de mea ig-e nati sunt vel nascituri.

ingeniolum - in form. affectatae modestiae : ANN. ECCL. a. 508, 83, 23 secundum -i nostri capacitatem ... Historiae textum ... clariore propagare sermone.

ingenium - *ienium* MORB. NOV. 308, 36, *inie-* COD. DIPL. LONG. sept. 723-iun. 724,

121, 6 : CARTE PARMA 4 iun. 928, 261, 24 : REGTRO GEN. aug. 1016, 98, 6. — Modus, ratio, causa : ROTH. 18, 2 si quis hominem liberum de caballo in terra jactaverit pro quolibet -o ... octuginta solidos ei componat : ANN. CAM. I, a. 855, 14, 49 si ... in aliqua controversia testus fuero per qualecumque -um : BULL. CASIN. II, a. 876, 28, 21 quas (scil. res) ... iusto legalique -o adquisivit : MON. ECCL. FLOR. ante s. X, 30, 29 nonne vides quia nemo mortalium tantas aquarum moles quolibet valeat -o superare ? : REGTRO GEN. 18 apr. 973, 21, 8 si nos vobis eas (scil. res) ... retollere vel suptragi quesierimus ... pro quolibet -o : DOC. NOVI 7, 15 omnibus rebus per colibet -um pertinentibus ... in integrum vendo ; n. locut. redund. *nec per me ipsam nec per meum -um*, mea sponte : SYN. AQUENS, 466, 13 promitto quia in aeternum nec per me ipsam nec per meum -um ullam inde querelam movebo ; item, *quaecumque modo vel -o* : REICHSK. 9 apr. 962, 302, 2 eorundem rerum decimas quaecumque modo inibi vel -o laborate fiant. — In malam partem, dolus, fraus : PASS. GET. 586, 40 homines mortiferos et -o plenos : ADN. COD. IUST. 12, 25 scolasticus non proferatur nisi fuerit christianus. Quodsi sub -o hoc fecerit, centum libras auri multetur : ROMANIN 357, 13 nec quolibet -o transponamus (homines), ut captivitatem patiantur ; n. locut. redund. *fraude vel malo -o* : NONANT. c. 970, 63, 9 sit pena compositura da me ... sine fraude vel malo -o auri idibro mancosos centum. — In imag. : ANN. ECCL. a. 504, 45, 54 Episcopos tunc catena ligabat exilii, quorum lingua et -um B. Fulgentius episcopus fuit.

ingenius - v. **ingenium.*

ingens - v. **inicio.*

ingenuitas - liberalitas : DIPL. KAR. 296, 7 ut haec nostrae -is auctoritas stabilis et inconvulsa permaneat. — *Cartula -is*, qua servus in libertatem asseritur : CARTE PARMA ian. 925, 251, 23 cartula libertatis seu -is.

ingenuus - acc. pl. *-us* PAP. DIPL. 119, 16. — De agro, ferax : BOETH. Phil. Cons. 51, 1 qui serere -um volet agrum, liberat arva prius fruticibus... ut nova fruge gravis Ceres eat.

ingerencia - interventus (it. *ingerenza*) : REGTO SIP. 18, 28 ecclesiam s. Leonardi a tali -a aliter liberavimus.

ingero - part. pf. *iniestus* DOC. AR. 19 mai. 752, 27, 10. — Effundere : ANN. ECCL. a. 517, 187, 3 lacrymas -entes ; imponere : a. 525, 358, 24 iubendo, togarum ut sibi vim magnam -erent, lecto decubuit. — *-ere se*, accedere : PASS. DON. PR. 415, 39 -ens se homo Dei ad feretrum ; *pericula -ere*, periculis obviam ire : ANN. ECCL. a. 508, 73, 8 pericula promptissimus -ebat. — Transl., committere : ANN. ECCL. a. 502, 18, 33 eius (scil. regis) mansuetudini omnia ... -simus ; addere : PS. HIER. vinc. 226C -itis autem quosdam esse qui ... Petrum eductum esse ab angelo de carcere credant ; ostendere : PAUL. DIAC. Coll. 1469, 56 quotiescumque nobis errantium -untur exempla ; *se alcis oculis -ere*, ei se ostendere : ANN. ECCL. a. 529, 406, 23 antiquus hostis ... aperta visione sese eiusdem patris oculis -ebat ; in imag., *tenebras (mortis) -ere*, interficere : PAUL. DIAC. Coll. 1174, 41 Herodes ... tenebras -it intrantibus lucem.

inglorius - in lusu verborum, de Anglis nondum Christum cognoscentibus : SEQ. IN. 177, 200, 1b scriba (s. Gregorius) regis angelorum floruit hic lux doctorum apostolus Anglorum qui prius -i.

ingluvies - sing., dat *-ae* ION. Ioh. 340, 23, acc. *-um* GL. AA 460, 2, 4.

ingnis - v. *ignis.*

ingnorans - v. *ignorans.*

ingordus - iustam mensuram excedens : DOC. LUC. V3, a. 984, 478, 14 saumas de vino bono mundo quadraginta et quatuor ad legitima galeta et non -a tantum.

ingraditudo - v. *ingratitudo.*

ingratitudo - *-aditu-* ADN. COD. IUST. 174, 18.

ingratulor - gratulari : VITA LEI 97, 40 -antes et Deum per ipsum magnificantes.

ingratus - in re amatoria, non contentus : MAXIM. 2, 1, 93 -i, tristes pariter discessimus ambo. — Sensu leg., *pater -us filio*, de eo qui filium exheredat : ADN. COD. IUST. 176, 16 filio petere paterna hereditate nulla perscriptio temporum illi obicitur, si non pater -us illi decessit.

ingravanter - *-abantis* vit. typoth. ANN. ECCL. a. 502, 13, 7. — Libenter : ACTA SYN.

419, 18 ergo -r sanctitatem vestram reliquorum presentiam convenit opperiri: LIB. DIURN. 12, 15 quatenus ad predictum locum ... -r accedas.

ingredio - v. *+ingredior.*

ingredior - *-etiente* COD. DIPL. LONG. mart. 765, 163, 3, *-diaendi* COD. LANG. 29 apr. 793, 126b. — Infin. praes. *-ere* COD. LANG. a. 781 ?, 111b: COD. VER. 4 aug. 792, 71, 5: PAP. DIPL. 152, 25: CHART. IM. 3 febr. 1017, 9, 17: inf., coni. impf. *-eret* AGNELL. 341, 6, part. praes. *-antes* VITA PARDI 633, 14. — Proprie, de hom., *ad alqm -i,* eum adire: PASS. IULIAN. 79, 3 quomodo ad te introivi ... sic tam ego quam fratres mei -imur ad omnes homines: PASS. TRANSL. GRAT. 27, 44 Valerianus ... ad Decium Caesarem -sus ait; conscendere: PAUL. DIAC. Coll. 1196, 40 -ente Domino in naviculam: VITA INN. AFR. 139, 40 -si naviculam volebant ambulare in civitatem Terracinam; de reb. (de mari vel flumine): COD. ISTR. a. 538, 19, 21 undosum mare terrenas concavitates -ens: DIPL. KAR. 284, 5 ubi Bielaha fluvius Danubium -itur. — Sensu spirit., de Deo vel diabolo: CASS. ps. 138 B in quibus (scil. apostolis) Deus -ens: ACT. SILV. 522, 5 Spiritus Sanctus virginis viscera munda, immaculata et intacta -sus: PAUL. DIAC. Coll. 1193, 59 ibidem Dominus per eos -itur: RHYTHM. ZEN. 205, 22 -itur (diabolus) in casto corpore. — Transl., abs., in communionem Ecclesiae catholicae -i: ANN. ECCL. a. 535, 509, 25 non oportet nobis eos, qui non recte -i moliuntur, excipere beato Apostolo commonente; in imag., *monasteria -i,* vitam monasticam inire: ANN. ECCL. a. 541, 621, 22 qui monasteria -untur se suaque dedicent monasterio. — Instituere: REICHSK. 9 apr. 962, 302, 30 statuimus quoque ut nullus reipublicae minister ... ullas redibitiones ... -i audeat: a. 1015 (mai. 1014), 373, 8 nec ullas redibitiones vel illicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus audeat -i.

ingresora - v. *ingressora.*

ingressa - antiphona, quae a choro canitur dum Pontifex ad altare procedit (DUC.): ORDO BER. 49, 12 magister scholarum incipit -am.

ingressarium - liber continens antiphonas, quae ad Missarum introitus a choro canuntur (DUC.): HIST. ABB. CAS. a. 1019, 81, 14 unum Antifonarium de nocte et unum -um.

ingressio - in form. alienationis proprietatum, reditus (it. *rendita*): MONC. ECCL. FLOR. a. 977, 88, 23 quod est inter tot per mensuram ad iustam perticam mensuratam scalarum centum ... cum accessionibus et -e sua: CARTE ASTI 25 febr. 1010, 271, 35 has ... res ... huna cum accessionibus et -ibus seu cum superioribus et inferioribus. V. *ingressora* et *+ingressus.*

ingressora - *inc-* CARTE PARMA 9 oct. 995, 258, 12, *ingris-* COD. LANG. mai. 978, 1379a, *-eso-* CHARTAE I, febr. 949, 164c: DOC. NOVI 7, 19, *-esoriis* CHARTAE I, 1 sept. 1000, 336d, *-esu-* CARTE PARMA oct. 943, 302, 36, *-essur-* COD. DIPL. LONG. 8 sept. 686, 23, 11: inf. — Abl. pl. (?) *-es* CARTE ASTI 18 febr. 966, 174, 13. — In form. alienationis proprietatum, reditus (it. *rendita*): MUR. VI, 208 C 6 rebus ... cum accessionibus et -essuris: MEM. MOD. 28 apr. 882, 56, 27 rebus ... una cum accessione et -as earum ... tradiderunt: CARTE PARMA febr. 918, 602, 13 in me emiserat ... casis et rebus seu mobilibus seu et una cum -as et regressoras earum una cum finibus et terminibus: DOC. TUSCIA mart. 1017, 269, 4 casis et omnibus rebus ... cum superioribus et inferioribus atque cum -as et accessionibus suarum. V. *ingressio* et *+ingressus.*

ingressum - v. *+ingressus.*

ingressura - v. *ingressora.*

ingressus (-m) - *-eso-* KOHLER 16, 3, *-esis* COD. PAD. iul. 968, 76, 1. — Acc., sing. *-i* ANN. ECCL. a. 511, 97, 27, pl. *-os* inf., abl. pl. (?) *-i* CHART. IM. 19 iul. 984, 5, 31. — Limen: PS. ART. 620, 6 in -u portae latinae civitatis. — Area ante domum: CHARTAE I, 9 iul. 987, 275b de tercia parte tenit (pecia) in -o qui percurrit a porta usque in via publica. — Transl.: PAUL. DIAC. Coll. 1171, 39 templum exprimit -um regni coelestis; in imag., *monasterii -us,* vitae monasticae initium: ANN. ECCL. a. 541, 621, 25 ut solutis sponsalibus per monasterii -um, simplae tantum arrhae reddantur; abs., nativitas: PAUL. DIAC. Coll. 1177, 23 expungunt (infantuli) tempore uno nativitatem et mortem, -um et exitum, principium et occa-

sum. — In form. alienationis proprietatum, reditus (it. *rendita*): REICHSK. 25 iun. 918 (an 972 ?), 331, 21 do in alio loco in cenobio ... sex mansos ... cum pascuis, gressibus et -ibus: REGTO SILV. 25 mart. 955, 270, 3 pontem Molvium in integrum cum omni eius -u et egressu et datione et tributu: DOC. AST. 288, 2 suprascripta vendicio ... una cum accessione et -eso suo: DIONISI Ap. 32, 5 quam (scil. proprietatem) praedicti commutatores cum omnia super se habita vel -os suos invicem sibi tradiderunt nihilque sibi ibidem infra ipsas mensuras reservantes.

ingresura - v. *ingressora*.

ingresus - v. *ingressus*.

ingretior - v. *ingredior*.

ingrissora - v. *ingressora*.

ingruesco - ingruere: ANN. ECCL. a. 536, 583, 63 nomen Episcoporum ... diffamantes, aperte -unt et licenter omnia audent.

inguen - acc. sing. *-inem* GL. MED. 21, 6, gen. pl. *-inarum* GL. AA 484, 1, 34.

ingultus - GL. AA 460, 2, 10 -us infirmus.

ingurgitatio - transl.: CONC. AEV. CAR. 190, 31 cessare ab huiusmodi vitii -e.

ingurgito - GL. AA 460, 2, 6 -asse perincidisse. — Transl.: CONC. AEV. CAR. 128, 15 omne genus humanum in ventrem malitiae suae trahens (antiquus serpens), quasi fluvium -antem absorbuit.

inhabilis - *ina-* GL. AA 460, 1, 11.

inhabitabilis - n. *-ia*, subst., de locis quae non habitantur vel habitari non possunt: REICHSK. 3 febr. 981, 327, 14 ecclesias, castellis ... habitabilibus et -ibus: 25 mai. 996, 342, 38 mercatis, cultis et incultis, habitabilibus, -ibus, silvis.

inhabito - *ina-* COD. LANG. mart. 870, 416d.

inhaero - v. ⁺*inhereo*.

inhebeo - v. *inhibeo*.

inhereo (-hae-) - *inder-* DIONISI Ap. 28, 3. — De eo quod propinquum est, f. pertinens: IOH. CANC. 209, 21 stabulum vero meum et terram ibi -entem ... volo et statuo ut habeant. — Transl., oboedire: ANN. ECCL. a. 536, 551, 18 evangelicis ... -endo sanctionibus; *sacris -ere mysteriis*, sacra mysteria administrare: ANN. ECCL. a. 534, 487, 18 huiusmodi persona sacris non potest -ere mysteriis; *discipulatui alcis -ere*, eius doctrinam sequi: PAUL. DIAC. Coll. 1297, 23 vultis in eum credere et discipulatui eius -ere?

inhibeo - *ini-* ADN. COD. IUST. 2, 41: al., *-heb-* inf. — Vetare: CONC. MER. 68, 15 quosdam repperemus ... -hebeta rursus conjugia repetisse: CONC. AEV. CAR. 646, 18 Dominus quippe et in legalibus et in propheticis oraculis usuram fieri minaciter atque terribiliter -et.

inhio - *ini-* AN. RAV. 1, 2: GL. AA 474, 2, 22. — Transl., seq. *in* vel *ad*: ANN. ECCL. a. 543, 638, 45 in rapinam rerum -ans: CONC. AEV. CAR. 275, 27 in avaritiam et turpe lucrum -antes: ION. Ved. 310, 9 cumque ergo utrumque hostium chunei adstarent et tam Franci quam Alamanni ad mutuam caedem -arent; abs. (subaud. *mittere*): PASS. TER. PIS. 27, 25 qui (scil, Dagnus) execrabili anxietate Christianos ad exquisitissimas poenas -abat.

inhonorantia - inhonoratio: ANAST. Barth. 733 D 6 pro honore -am, pro benedictione maledictionem.

inhopia - v. *inopia*.

inhordinate - v. **inordinate*.

inhutilis - v. **inutilis*.

ini - v. *in*.

ini- v. et *inhi-*

inibi - *in ibi* DOC. TUSCIA dec. 961, 75, 2, *inivi* DOC. LUC. V2, 5, 14, *inivo* COD. TOSC. mai. 806, 355, 32, *innibi* DIONISI Ald. 163,19: DIONISI Ap. 28, 22: PAP. DIPL. 201, 15. — De loco, illuc: IST. PIAC. 279, 14 cum ... -i introissent: ANN. CAM. I, a. 988, 109, 43 quandocumque volueris -i introire ... atque ingredere.

inibidem - *in i-* COD. VER. aug. 764-mart. 765, 53, 9: CARTE PARMA 14 ian. 908, 579, 17, *-ividem* DOC. LUC. V2, 33, 2: COD. DIPL. LONG. oct. 757, 6, 11. — Inibi: IST. PIAC. 288, 14 qui (scil. sacerdotes) -m pro tempore ordinati fuerint.

inicio - v. *initio*.

inicio (-iic-) - in bonam partem, *se -ere*, se devovere: VITA PROBI 556, 27 me in illos totum -eci; sensu hostili, immittere: ANN. ECCL. a. 508, 74, 34 qui (scil. dromo) hostium obsidione -tus fuerat: a. 517, 194, 35 -tas plagas minime sustinentes de hoc saeculo transierunt; *sibimet manum -ere*, sibi

mortem consciscere: PASS. REST. AF. 24, 20 sanguis ... tuus super temet ipsam redundet ut condecet homicidam sibimet ipsi manum -entem et sponte sua se punientem. — Inire: ANN. ECCL. a. 513, 134, 2 -ecit uterque poenitentiam.

inicium - v. **initium.*

iniectio - v. **enectio.*

inienium - v. *+ingenium.*

iniens - de reb., *ab -eunte aetate,* ab initio: ANN. ECCL. a. 513, 130, 43 cum enutritum et educatum ab -eunte aetate fuerit vestrum Imperium.

iniestus - v. *ingero.*

iniicio - v. *+inicio.*

inima - v. **anima.*

inimicitia - *-ititias* GL. VAT. 1469, 520, 2, 21. — Damnum: AGNELL. 364, 23 nox ei nigras expandens alas -am praestitit.

inimicus - acc. *-us* inf. — Subst., hostis: ADN. COD. IUST. 122, 9 qui arma ad -us vendit puniatur; n. *-um,* f. iniuria: BULL. CASIN. I, a. 643, 2, 44 sacra auferre vel desiderare ... Domino est -um. — *Summus -us* vel *-us bonitatis,* diabolus: ANN. ECCL. a. 502, 23, 30 quibus tuendarum commissa est animarum diligentia, ne summorum quispiam -orum arte dispereat: a. 514, 140, 35 unde -us bonitatis sibi blandiatur locum invenire non possit.

inimitabilis - GL. AA 460, 2, 12 -is peritus sollers.

inimititia - v. *inimicitia.*

inincensum - v. *incensum.*

inintinsibilis - v. **inintensibilis.*

ininvestigandus - ininvestigabilis: CONC. GRAECA I, 361, 75 Trinitas inenarranda, -a, incomprehendenda.

inio - v. **initium.*

iniosum - v. **iniusum.*

iniquitas - *ineq-* DIONISI Ap. 30, 10. — *Culpa -is,* peccatum originale: PAUL. DIAC. Coll. 1201, 22 ipse generis humani legitimus conceptus non potest esse a culpa -is extraneus. — *Filius -is,* diabolus: LIT. BEN. 304, 8 filius -is non noceat vobis.

iniquiter - inique, transl.: DIPL. KAR. 71, 22 innotuit nobis ut actores -r ipsa silva ex parte invasissent.

iniquus - *ex -o,* gr. ἐξ ἀδίκου, de possessione modo iniusto comparata? (THES.): PAUL. DIAC. Coll. 1374, 27 immolantis ex -o oblatio est maculata (VULG. Sirach 34, 21).

inisola - v. *insola.*

inistituo - v. *instituo.*

initio - *-ici-* GL. EPOR. 648, 52. — De aedificiis, inchoare: BULL. ROM. mai. 560-573, 93, 7 quam (scil. ecclesiam) Pelagius ... -averat. V. et **inicio.*

initium - acc. sing. *-us* CARTE ROMA 23 aug. 966, 441, 16.

iniudicatus - non legatus, sensu leg.: COD. DIPL. LONG. oct. 758, 17, 7 aliquid despensare de rebus meis ... ut post ovito meo non -a remaneat: COD. TOSC. sept. 770, 615, 11 consideravi ut vis mea -a non relinquam.

iniuncta - v. *super iniuncta.*

iniunctum - praeceptum: SYN. PAP. 850, 118, 36 paenitudinis tempus rationabiliter ... extendatur, si paenitens neglegenter -a prosecutus est.

iniungo - de possessionum finibus, *-ere in alqm locum,* alqm locum attingere: BULL. ROM. nov. 1011, 313, IV, 16 pergit (finis) per ipsum rivolum usque ad alium ... et -it in torrentes.

iniuria - poena: PAUL. DIAC. Coll. 1209, 58 utrosque aut beneficio foveri aut -a vexari necesse est.

iniuriosus - *-ros-* SYN. PAP. 850, 117, 41. — Obiurgationibus plenus: GESTA NER. 7, 60 cum -us sermo a pia matre dictus vix sufferre potuerit, pugni ... durissimis ictibus iuncti calcium ingeruntur.

iniurosus - v. *iniuriosus.*

iniusticia - v. *iniustitia.*

iniustitia - *-icia* ACT. SILV. 511, 12. — Dispendium: ANN. ECCL. a. 535, 499, 41 omnem iustitiam in publicis et privatis contractibus eis servabo, etsi comperero fiscum -am pati.

iniustus - *-uxt-* COD. PAD. 9 febr. 952, 61, 6. — Subst.: VITA ANTON. 409, 28 iustis praesidium, -is excidium; peccator: PAUL. DIAC. Coll. 1298, 4 iustificatus a templo rediret, qui -us venerat ad templum.

iniuxtus - v. *+iniustus.*

inivi - v. *inibi.*

inividem - v. *inibidem.*

inivo - v. *inibi.*

inl- v. et *+ill-*

inlaesus - v. *+inlesus.*

inlatero - de fine, *-are per saltum*, iuxta latus saltus pergere: BULL. ROM. ian. 1017, 324, IX, 18 pervenit (finis) ... ab occiduo in rio quem dicunt Budiga ... et -at per ipsum saltum.

inlesus - in form. iuris, cum *immaculatus* redund.: PAP. DIPL. 139, 4 donationem ... -am atque immaculatam conservare promitto.

inletismum? - GL. AA 460, 2, 21 -is incogitationibus.

inligatus - GL. AA 452, 1, 2 divinciens -us afflictus.

inm- v. et *+imm-*

inmaturus - acc. pl. *-es* HIPP. aër. 33, 16.

inmelioro - *in m-* COD. DIPL. LONG. oct. 742, 110, 5, *imm-* COD. AMALF. dec. 977, 16, 9.

inmendo - GL. AA 460, 2, 31 -at depravat.

inmensus, inminsus - v. **inmitto.*

inmobibilis, inmovilis - v. **inmobilis.*

inmuto (imm-) - in re med., de morbis: GL. MED. 33, 2 in infantibus solet -ari (epilepsia) usque ad annos viginti et quinque. — *Alcis animum -are*, eum commovere: PASS. NYMPH. 101, 3 si forte possent ipsius animum -are.

innascor - de morbo: GL. MED. 80, 9 sinocus ex sanguine et felle rubro commixto -itur.

innatabilis - innabilis: GL. COL. 546, 2, 11 -is qui natare (= natari) non potest.

innecto - transl, ponere: CARTE PARMA 6 febr. 952, 329, 10 omnia ... sub tutamine nostrae dominationis -imus; de foedere, facere: LEZ. SEM. ROM. 57, 33 federis -xi datur anulus aureus index.

innegatus - gr. ἀνεξάρνητος, non negatus: CONC. GRAECA I, 32, 11 ut -um in sese nomen Christi conservent (christiani in persecutione).

inneius - v. **in.*

innemorosus - GL. AA 460, 2, 34 -a inspinosa.

innibi - v. *inibi.*

innis - v. **ignis.*

innitor - *alqd -i*, ad id niti: ANN. ECCL. a. 535, 525, 45 orationibus assiduis hoc -amur, ut beneficium ... restituat.

innobilis - non nobilis: PAP. DIPL. 105, 31 divites nobiles et -es. V. et *ignobilis.*

innocencia - v. **innocentia.*

innocens - subst., metonym., de parvulis ab Herode occisis: PAUL. DIAC. Coll. 1175, 6 Herodes ... premit -es.

innocentia - metonym., infantia: PAUL. DIAC. Coll. 1174, 44 Herodes ... inimicus -ae, hostis naturae.

innodatio - transl., f. excommunicatio: VITAL. 1006 D pari etiam -is vinculo obligetur, quicumque vos ... solvere praesumpserit a nexu excommunicationis.

innodo - *indatis* DOC. CORN. 6, 5, *omno-* PAP. DIPL. 29, 30.

innordinatus - v. *inordinatus.*

innormis - v. **inormis.*

innosco - ignoscere: ANN. CAM. I, 5, 26 ut mihi Dominus -at quod neglegenter gessi. V. et *ignosco.*

innotalgium - gr. ἐνοφθάλμιον: GL. MED. 38, 11 -um: oculorum humor.

innotesco - abs., notum facere: ROTH. 65, 8 postquam cognovit quod in fuga erat, ... mox -ere aut antecurrere debuit.

innotitus - v. **innotesco.*

innoto - annotare: REGTO AL. 9 apr. 987, 367, 17 hec que superius -ta vel ascripta leguntur.

innovatio - in malam partem: ANAST. MON. Ep. 680 C 7 si ... ortodoxam fidem absque adulteratione simul et -e possederimus.

innovo - alqd novi instituere: ANN. ECCL. a. 536, 538, 60 Schismatici et Acephali synagogas facientes et parabapdismata -antes. — Confirmare: DIPL. REG. 59, 6 nostram petierunt clementiam ut ... praecepta ... concessa nostro -aremus precepto. — *-ari*, f. substitui: LEX. ROM. CAN. 77, 108, 1 -ta est (constitutio) ab alia constitutione, quae data est consulatu Basilii.

innox - GL. CAS. 90, 570, 2, 35 -x qui nocet.

innumerabilis - *inumeravilis* COD. DIPL. LONG. mart. 737, 192, 8. — Abl. pl. *-is* CARTE MICA mai. 954, 501, 20.

innumeravilis - v. **innumerabilis.*

innundacio, -atio - v. **inundatio.*

innuo - transl.: BOETH. Elench. 1016 A qui hoc potest facere, in procinctu est ut videat verum, maxime autem sciet -ere. —

Significo: PAUL. DIAC. Coll. 1254, 54 -ens mistice, quia crucis ara extra portam Hierusalem erat erigenda: IOH. NEAP. Ian. 880 B 26 si ... cognoscere vultis,. quid haec -isset exaratio. — Exponere: IOH. GAUD. 15, 35 in primo libro Clementis genus, patriam ... et qualitatem recognitionis eius -imus.

innupta - *-tia* GL. AA 460, 2, 35.

innuptia - v. *innupta.*

inobio - v. *inobvio.*

inobvio - *-bi-* COD. LANG. ian. 983, 1424b. — Opponere: sept. 901, 668a interrogaverunt ... si aliquid contra dicere, aut de eorum libertate -are an non.

inoccupo - *-ocu-* inf. — Occupare: ANN. CAM. I, 13, 50 licentiam abeatis ... introire et ingredi seu et -ocupare in suprascriptis rebus. — Per vim occupare: COD. PAD. 10 iun. 673, 4, 16 de is omnibus que supra legitur pro ex parte vel ex totum ... neque contendo aut invado vel -o: CHART. IM. 3 febr. 1017, 10, 17 nunquam agimus neque contendimus aut invadimus vel -ocupamus (terram).

inocupo - v. *inoccupo.*

inoffensus - sensu leg., irritus: LEX. ROM. CAN. 167, 224 de immodicis et -is donationibus.

inofficiose - sine labore vel merito: CONC. AEV. CAR. 403, 26 ut nullus in congregatione inutilis aut otiosus existens stipendia ecclesiae -e accipiat.

inofficiosus - *-ofitio-* ADN. COD. IUST. 33, 21.

inofitiosus - v. *inofficiosus.*

inolesco - ind. pf. *-ebit* inf. — Transl., usitatum fieri: CONC. GRAECA I, 284, 32 quia postea hic error -evit: NONANT. a. 826, 29, 1 mos -ebit in antiquitus adqui instituta divinorum patrum decreverunt.

inolitus - GL. CAS. 90, 570, 2, 35 -am non notam.

inoperatistae - haereticorum genus: ANAST. Hyp. 689 B 7 a subintroducta nova et haeretica omnia recipiente adinventione ... petritarum et involuntativo -arum.

inoperatus - de cibo, indigestus: GL. MED. 16, 24 quicquid cibum acceperint, -um, non coctum digerunt: 40, 3 incoctum vel -um (cibum) per anum digerunt.

inopia - *inho-* REGTO SILV. 8 mart. 962, 281, 30. — *Famis -a,* f. ieiunium: VITA PAR. 76, 23 quem (scil. leonem) noverant diutinae famis -a laborare.

inopinabilis - n. *-e,* subst.: BOETH. Elench. 1009 D sunt autem haec quinque numero: redargutio, falsum, -e, soloecismus, et quintum, quod est facere nugari eum qui condisputat.

inoportunus - v. *inopportunus.*

inopportunus - *-opo-* PAUL. AEG. 200, 20.

inops - subst.: GL. TOR. 75, 28 -es petentes dilationem: CONC. AEV. CAR. 275, 21 ecclesia ... non solum fideles spoliare non debet, quin potius -ibus opem ferre: PARM. INSCR. 141, 15 (Episcopo fuit) cura gregis, pietas -is.

inordinate - contra leges ecclesiasticas: CAT. COM. 499, 12 laicum -e totondens direxit Romam eumque ... episcopum fecit.

inordinatus - *inno-* DOC. NOVI 8, 20: REGTRO GEN. 22 aug. 1009, 75, 13. — Acc. sing. *-om* inf. — Transl.: BULL. ROM. 26 febr. 891, 226, 1, 50 si quid -um in ... ecclesia esse dignoscitur, a tua providentia ... ordinetur. — In re med., *pulsus -us,* de venis quae non aequis intervallis moventur: CAEL. cel. pass. 2, 2, 11 pulsus ... inaequalis, post aliquantos saltus ordinatus aut -us; *rigor -us,* tempore non certo recurrens: GL. MED. 24, 4 dispnoecen: Graeci dicunt, dum tussis arescit et siccat et fit rigor -us et inconditus. — Sensu leg., de hom., f. intestatus: PAP. DIPL. 114, 2 timens ne me -om occupet mors ... condidi testamentum; de reb., *alqd -um relinquere,* id testamento non ligare: DOC. TREV. 67, 7 timeo ... ne ... causam meam -am relinquam.

inormiter - *inrom-* vit. typoth. MON. ECCL. FLOR. a. 715, 320, 27. — Enormiter, contra leges: DOC. AR. 23, 36 dolose ibidem ab antecessoribus meis ... per aliquanta oracula intra ipsas dioceses -r sacratio provenit.

inosco - v. *ignosco.*

inp- v. et +*imp-*

inpascuum - *in p-* DOC. LUC. V2, 48, 18.

inpelipráson - v. **ampelopráson.*

inpermaneo - intus permanere: PAUL. AEG. 52, 11 -ente flegmone in oculis.

inpermixte - distincte: PAUL. AEG. 205, 5 quoniam ... variorum humorum admixtio

agnitionem amputat, dicendum materiam -e.

inperpetuus - *imp-* SER. PRINC. LANG. 149, 19. — *-is temporibus*, perpetuo: MON. NEAP. DUC. 18 iul. 949, 12, 16 a nunc et -is temporibus. V. et *perpetuus.*

inpetio - v. **inpedio* et *impedio.*

inpetrabilis - v. *impenetrabilis.*

inphyteusis - v. **emphyteusis.*

inphyteuticarius - v. **emphyteuticarius.*

inpigno - oppignoro: CHARTAE I, febr. 1002, 351a ad alio omine vindere nec -are ne inalienare.

inpinctum - impulsus (it. *spinta*): COD. DIPL. LONG. 18 ian. 762, 92, 6 quicumque ... mihi ... placas aut feritas seu barbas aut capillus tractus vel -a, in culpa de viginti solidus ceciderit. Cf. *impingo.*

inplasticus - v. **emplasticus.*

inplastrum - v. **emplastrum.*

inplicisco - GL. AA 461, 1, 2 -cisserat inplicaret.

inposibilitas - v. **impossibilitas.*

inpostmodum - postmodum: ION. Ioh. 328, 24 ut non solum ille sui laboris fructus reciperet, verum etiam quosque ad imitacionem sui certaminis -m traheret: MEM. MOD. 17 iul. 808, 11, 8 aliquos Langobardos foras patriam in Francia ductos habuimus, quos -m ad patriam remisimus.

inpoto - v. *imputo.*

inpotrivilis - v. **imputribilis.*

inpraemo, inpremo - v. **inprimo* et *imprimo.*

inprehendo - ind. pf. *inprisa avemus* inf. — Incipere (D.E.I.): COD. TOSC. mai. 806, 354, 20 ubi infra ipso campo basilica -a avemus et mura levatus ad honores beatissimi sancti Isthephani.

inpresencias - adv., coram: COD. PAD. iun. 950, 60, 12 si ... -as principes vel iudices causare... voluerimus.

inprincipalitas - gr. ἀναρχία, in re theolog., aeternitas: ANAST. Hippol. 672 C 10 cum quotquot est natura, id est -e, infactione, infinitate, in deitate ratio contemplatur.

inprosthodanus - v. **emprosthotonos.*

inprovus - v. *improbus.*

inprumdo - mutuari: COD. LANG. 14 mart. 809, 161b non aveamus licentia ... ipso argento de alio homine -are.

inpsicus - v. **empyicus.*

inquaero - v. *inquiro.*

inquam - *-id* ION. Ioh. 326, 14: ION. Ved. 310, 14. — F. loqui: RUST. disp. 1178 D 14 de Spiritu Sancto -it.

inquematizo - v. **incymatizo.*

inquero - v. *inquiro.*

inquestus - testis qui in inquisitione iudiciaria audiendus profertur (DUC.): COD. PAD. 14 febr. 994, 107, 10 si nobis per testes aut -os hoc approbare potuissent.

inqueto, inquiaeto - v. *inquieto.*

inquibus - v. **incubus.*

inquietas - molestia: DIPL. KAR. 353, 27 absque cuiuslibet -e aut contrarietate: CARTE ANT. ROMA 20 mai. 999, 447, 24 locandi (terram) quibus maluerint ... habeant hab -e licentiam; cum *molestia* redund.: COD. AUSTR. c. 1020, 61, 28 ne in posterum exinde ulla deveniat -is molestia.

inquietatio - molestia: COD. TOSC. 15 mai. 742, 505, 28 omni contradictione, -e ac contentione remota: BULL. CASIN. II, a. 846, 29, 28 ne aliquae intervenirent impeditiones vel -es.

inquietitudo - v. *inquietudo.*

inquieto - *-quet-* REICHSK. 2 nov. 984, 331, 31, *-iaet-* PAP. DIPL. 173, 68. — Metonym., *puteum -are*, putei aquas agitare: ION. Ioh. 330, 7 puteum quo poterat modo de industria -avit ac deinceps serpentem ... repperit. — In re med., de doloribus: GL. MED. 43, 2 -atur haec passio autumno tempore. — Molestare: ROMANIN 384, 37 sciat se compositurum libra D auri optimi, medietatem ... Veneticis quos -averat; cum *molestare* redund.: ANN. CAM. I, a. 954, 53, 58 si ego ... aut ullam meam summissamque personam vos ... -are aut molestare presumserimus. — Sensu leg., f. vindicare: REGTRO GEN. apr. 1022, 119, 25 Pontifes aut Marhio seu quolibet potestas que ipsa terra ad iam dicto monasterio tollere vel -are voluerit.

inquietudo - *-etitu-* BULL. CASIN. II, a. 772, 14, 3. — Molestia: BULL. CASIN. II, a. 772, 13, 34 qui sine nostra -e vestras causas ... perscrutare deberet. — Intemperantia: DION. Can. 15, 15 si presbiter relinquens propriam paroeciam vocatus ab episcopo redire contempserit, in sua -e perseverans. — Sensu leg., f. vindicatio: COD. PAD. 2 apr. 866, 28, 21 concedimus (terras) et per-

donamus ad habendum, tenendum, commutandum ... cunctorum hominum -e remota: CARTE PARMA 13 mart. 881, 278, 32 locellum ... donamus ... in aeternum omni publica -e vel repetitione remota atque extincta: REICHSK. 7 ian. 932, 4, 8 ecclesiam ... sub nostro munimine ... consistere fecissemus, quatenus ... ab -e iudiciariae potestatis ... munita et defensa fuisset.

inquietus - facinorosus: ANN. ECCL. a. 517, 195, 2 monasteria incenderunt, per noctem mittentes multitudinem -orum hominum.

inquiheto - v. **inquieto*.

inquilinus - colonus: MON. NEAP. DUC. a. 832-839, 152, 11 quiscumque homo ... tam in Langobardos quam etiam in -os vel qualibet persona pretendere poterit.

inquimatizo - v. **incymatizo*.

inquinamentum - transl., morbi contagio: PAUL. DIAC. Coll. 1190, 46 tetigit (leprosum) ut ostenderet quia aliorum aliis non adhaerent -a.

inquipio - v. **incipio*.

inquiro - *-quae-* inf., *-que-* DOC. LUC. V2, 124, 17. — Coni., impf. *-erit* ION. Ved. 315, 10, ppf. *-irisent* IST. PIAC. 281, 33, infin. *-sire* inf. — Quaerere: ION. Ioh. 331, 12 quem (scil. virum) diu contemplatus ac nomen eius -ens, cognoscit quis esset: IOH. NEAP. Febr. 539, 29 cumque -erent quid hoc esset, Hieria respondit: INV. AB. 27, 1 quid illic vir tantus faceret -ivit. — Petere: PAUL. DIAC. Coll. 1251, 41 non ad hoc mundum veni ut hominum obsequia vel ministeria mihi -erem: MISS. LAT. 98, 1 non mortem peccatorum, sed vitam semper -is. — Curare: IST. PIAC. 280, 19 direxit missum qui causam -eret ad finem perducere. — Sensu leg., de testibus: PLAC. 603, 26 separentur ab invicem et -antur (testes): COD. LANG. nov. 910, 758a iuratus a (= ad) Dei evangelia et -tus dixisset; vindicare: COD. PAD. mai. 950, 58, 18 ordino de mea tercia porcione quam abeo et -sire potuero: COD. ISTR. 19 febr. 1005, 89, 8 si ego ... aut successoribus meis -ere voluerim ipsam terram componamus tibi ... duplum de terra; *legem -ere*, ex iure agere: ROMANIN 377, 14 si aliquis ex vestris ... legem -ere voluerit, secundum consuetudinem nostram et vestram facere debeamus; abs., eadem signif.: COD. ISTR. 8 sept. 990, 86, 8 si ego ... aut parentes mei -ere et hanc cartulam corrumpere voluerit; adhibere: COD. PAD. a. 1015, 134, 1 si quis de suis rebus in ecclesiis dare vel offerre desiderat et perficit, magnam renunciationem sibi -et in die iudicii. — *-ens*, subst., quaesitor: PASS. FEL. TUB. PR. 627, 69 sicut diversis -entibus me respondisse non nescis; *-tum*, subst., quaestio: BOETH. Phil. Cons. 21, 19 vix ... rogationis tuae sententiam nosco, nedum ad -ta respondere queam: PS. HIER. vinc. 228 B haec breviter ad duo -ta respondi; sensu leg., in form. iuris *quaesitum et -tum* vel *-endum*, de rebus iure acquisitis et vindicatis: COD. DIPL. LONG. a. 585?, 64, 23 monasterium cum omnibus utensionibus, vel appenditiis quaesitis vel -endis: COD. VER. 6 oct. 878, 396, 14 curtem ... cum omnibus adiacentiis suis mobilibus et immobilibus quaesitis et -is: COD. LANG. 29 dec. 880, 507c omnia ... cum omnibus pertinentiis quaesitis et -quaesitis: CARTE PARMA 1 ian. 1000, 279, 9 curtem ... cum piscationibus molendinis ceterisque omnibus pertinentiis tam quaesitis quam -endis.

inquisibilis - *-i ratione*, inquisite, studiose: ANN. ECCL. a. 518, 227, 30 -i ratione ... doctrinam Apostolorum secundum traditionem Patrum tenens.

inquisicio (-tio) - *-quixit-* COD. COLOMB. 20 aug. 972, 338, 57, *-sidi-* COD. DIPL. LONG. 20 mai. 754, 323, 18. — Diligentia: BULL. ROM. a. 855, 184, I, 11 strenua quos (scil. tuae benignitatis apices) perlegentes -e, nostrae te esse coniunctum dilectioni novimus. — Investigatio vitae et ingenii eius qui ad alqd munus eligendus est: GL. TOR. 53, 3 in -e etiam hoc requirebatur ... si idoneus esset (tutor).

inquisidio, -tio - v. *inquisicio*.

inquisitor - magistratus qui de litigantium causis inquirebat et testes examinabat de singulorum iure (DUC.): COD. AUSTR. c. 1020, 60, 3 patescat... Christi fidelium agnitioni ... et omnibus -ibus huius rei, qualiter...

inquitas - v. **iniquitas*.

inquixitio - v. *inquisicio*.

inquommodus - v. *incommodus*.

inquoo - v. *inchoo*.

inr- v. $^{+}$*irr-*.

inressus - v. **ingressus*.

inrotatio - GL. AA 489, 1, 20 vertigines -es.

insa - v. *ipse*.

insaeparabilis - v. **inseparabilis*.

insalarius - fort. perper. pro *in salario* (v. **salarius*): ANN. CAM. I, a. 998, 148, 47 ea loca, que ad pensionem data sunt completa hereditate contrahentium -o iure, ... recolligere repromitto.

insanavilis - v. **insanabilis*.

insaparabilis, insepabilis - v. **inseparabilis*.

insania - *sania* GL. AA 478, 1, 28. — Transl., apud. Christ., de cultu deorum: PASS. MARC. SOC. 224, 24 istam -am non derelinquis; de haeresi: ANN. ECCL. a. 518, 203, 36 alter Manetis -am impia cognatione contingens.

insanio - transl., apud paganos, de martyribus: PAUL. DIAC. Coll. 1537, 46 multis ... martyres -ire visi sunt quando tanta patiebantur; apud Christ., de persecutoribus: ANN. ECCL. a. 527, 369, 34 qui adversus ipsum -iunt: PASS. SERAP. 502, 24 qui (scil. praeses) -it adversum credentes in te.

insatiabilis - *-is tyrannus*, diabolus: PASS. TER. PIS. 36, 11 plenus antiqui hostis et -is tyranni.

insavis - v. **insuavis*.

inscietas - inscitia: PAUL. DIAC. Coll. 1222, 29 errant pueri, debetis ignoscere -i.

inscimul - v. *insimul*.

inscindo - in re theolog., de natura Christi: PAUL. DIAC. Coll. 1163, 42 Deus unigenitus ubique totus est, et in coelo et in terra, et apud Patrem et in Virgine. Et non dividitur ... neque -itur.

inscius - GL. AA 458, 2, 40 ganarus (= gnarus) -us peritus.

inscribo - *is-* DOC. LUC. V2, 11, 5, part. pf. *iscritum* 34, 18. — Scribere: IST. PIAC. 291, 22 qualiter subter per singula capitula -tum fuerit: BULL. CASIN. II, a. 1007, 67, 27 qualiter hic subtus -tum fuerit. — Describere: REICHSK. a. 1006-1014, 371, 11 cum terminis et marchis supter -tis. — Sensu leg., de proprietatibus, locare: DIPL. REG. 477, 25 nullus ... monachus facultatem habeat res ecclesie distribuere per libellos seu per aliqua munimina aut infiteosin alicui -ere; *alqm heredem -ere*, eum heredem testamento relinquere: LIB. DIUR. 77, 9 si quis pro animae suae me heredem -erit; *tabellam -ere*, donationem facere: TRANSL. XII FRATR. 155, 45 multi ... -tis legali more tabellis ... dant patrimonia.

inscripcio - v. **inscriptio*.

inscriptio - *per -em damnare*, scripta sententia damnare: PASS. IREN. 641, 20 haec audiens Turcius per -em damnavit. — Instrumentum, praesertim donationis: ANN. CAM. I, a. 967, 77, 29 viginti librarum precium ... per libellos ceterisque -es adsolvendas: CHARTAE I, 20 mai. 969, 221d omnia aliquae -is et donationis titulo hactenus collata: BULL. CASIN. II, a. 998, 59, 42 adeo ut res iam dictae Ecclesiae diversis -ibus usurpatae sint et distructae; *-is pagina* vel *cartarum -o*, eadem signif.: MEM. MOD. 31 oct. 900, 81, 36 ut nullus ... tenere audeat rem aliquam ex ipsis pro qualibet -is pagina: CARTE PARMA mai.-iun. 1008, 258, 17 res et possessiones ... ad partem ipsius monasterii donatione vel cartarum -e legibus adquisitae vel contraditae sunt.

inscriptum - titulus libri: ANN. ECCL. a. 502, 95, 10 flocci fecit librum quod gereret -um Tragoedia.

insecabilis - *-ecib-* LAUR. Pass. Venc. 386, 20. — De Trinitate: CHARTAE I, 29 iul. 962, 195a non immemores beneficiorum trinae -isque maiestatis.

insecibilis - v. *insecabilis*.

insectatio - AT. EXP. 427 C tropaeum graeco verbo dicitur ab -e, triumphus vero ab exultatione.

insectio - in re med., incisio: PS. SOR. 271, 38 quibus -ibus singulae partes obaudiunt? ... Caput autem et frons ... planis -ibus cum sublatione.

insecutio - insectatio: ANN. ECCL. a. 537, 562, 14 qui fecerunt -es sine reatu, odium sine culpa, damna sine debitis.

insedeo - v. **insideo*.

insellatus - acc. pl. *-i* inf. — Ephippio instructus: ANN. CAM. I, a. 969, 80, 47 in merito venditionis receperunt duos equos infrenati et -i.

insemul - v. **insimul*.

insensatus - natura patibili carens: PASS. SERAP. 503, 59 stulta et -a simulacra daemonum: PASS. TRANSL. FELICIT. 41 A 17 simulacra -a. — Subst.: SEQ. IN. 205,

232, 6b -o datur sensus parvus homo fit immensus.

insensibilis - sensu act.: PAULIN. Laz. 144, 58, 4 -em rigorem de corde removeat.

insepabilis - v. **inseparabilis.*

inseparabilis - cum dat.: DION. Cyr. Succ. 304, 11 huic visibili Deus -is est. — Constans: PAUL. DIAC. Coll. 1470, 3 qui (scil. Petrus Apostolus) ... verae fidei arcanum -is cordis cura servavit.

inseparatus - inseparabilis, de duabus naturis Christi: RUST. disp. 1188 A 3 eius (scil. Christi) -a persona est; naturae vero eius ... -ae ut duae unitae sunt.

inseptus - v. *ineptus.*

inseptus - transl.: CONC. AEV. CAR. 69, 12 qui (scil. Anania et Saphira) mendacii noxae -i ante pedes apostolorum expiraverunt.

1 **insero** - part. pf. *insatus* GL. AA 461, 1, 14, infin. *-ire* inf. — *Pecias -ire de castaneas,* in eis castaneas -ere: REGTRO GEN. nov. 1006, 72, 5 sponderunt se ... pecias de terra omnia ex integra ... -ire de castaneas.

2 **insero** - transl.: BOETH. Phil. Cons. 4, 14 mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis -it et maestis saepe vocata venit; ANN. ECCL. a. 534, 479, 36 ecclesia ... nullis -tis maculis variatur; PAUL. DIAC. Coll. 1417, 50 spiritus malignus ... figuris se accomodat, permiscet se sonis, odoribus se ingerit, -it saporibus; sensu spirit., de incarnatione Christi: GEZO 381 C Deus in corpusculi humani formam sanctae Virginis utero -tus accrescit. — Scribere: COD. LANG. 4 dec. 813, 166b breves scrivere iussimus et manu propria vel de ceterorum, qui subter -ti tenentur, firmare studuimus: CARTE PARMA 13 mart. 881, 278, 26 locellum ... cum designatis finibus et terminationibus, cum omnibus superioribus et inferioribus suis in integrum, sicut supra -tum est: PAP. DIPL. 164, 22 retineant (res) absque ... alicuius minoratione ... sicut superius -tum est; redund.: REICHSK. 1 mart. 977, 319, 7 immunitates ... Ottonis imperatoris ... in quibus continebatur -tum qualiter ... — Inscribere: TRANSL. FIRMI 312, 9 in quo (scil. libello) erat titulus his verbis -tus.

inserta - pl., nom. *-i* inf., acc. (?) *-e* inf. — De quadam castanearum specie, quam arbores castanearum insitae proferunt: COD. AMALF. 14 mart. 939, 6, 21 si in ista mensura sive -i aut granaccie vel quolivet fructus venerit: MON. NEAP. DUC. 4 nov. 1003, 198, 4 scapulas ... ex eodem casali cultare per omni annue et insertitum seu castanietum facere et fructare debeant et de ipse -e et castaneas.

insertetum - *-tit-* MON. NEAP. DUC. 4 nov. 1003, 198, 4. — Locus consitus arboribus castanearum insitis: COD. AMALF. 14 mart. 939, 7, 16 quantum nos tetigerit de ipsum -um quem pastinat Marinus pecorarius: MEM. AM. 10 iul. 988, 183, 22 hereditatem de casalibus quoque et -is de castanietis.

insertitum - v. *insertetum.*

insetetum - v. **insetitum.*

insideo - transl., immittere: ANN. ECCL. a. 513, 127, 21 ille ... tantum in Anastasii animo -sedit clementiae et mansuetudinis, ut ...

insidiae - sensu spirit.: VITA IUV. 391, 2 ex -is diaboli homines tentantur: VITA INN. AFR. 139, 66 ut sua passione ... redimeret nos de inimicorum -is.

insidiator - *-or antiquus,* diabolus: ANN. ECCL. a. 519, 249, 45 -or antiquus suscitavit monachos de Scytia; abs., eadem signif.: IOH. ROM. Vita 203 A 1 ne ... grex -is dentibus laniandus exponatur: MISS. LAT. 293, 5 ab occulta -is impulsione fragilitatem nostram tueantur illaesam.

insidior - sensu spirit.: COD. ISTR. a. 602, 29, 6 quanto antiquus hostis superatum se conspicit, tanto -ari acrius non quiescit.

insigne - v. *+insignis.*

insignificabilis - GL. AA 461, 1, 18 -e quod significare non potest.

insignio - inf. pass. *-ari* CHARTAE I, 2 apr. 977, 253b. — Abs. vel *anulo -ire,* sigillo obsignare: COD. TOSC. 15 mai. 742, 506, 31 hoc preceptum ... more nostro -iri iussimus: MEM. MOD. 8 sept. 872, 47, 29 ut firmitatem ... habeat (charta) ... manu nostra firmavimus et anulo nostro -iri iussimus: ANN. CAM. I, a. 961, 67, 23 anuli nostri impressione -iri iussimus; cum *bullare* redund.: REICHSK. 15 oct. 990, 355, 17 hanc paginam ... -iri atque bullari precepimus.

insignis - acc. pl. fem. *-as* REICHSK. 24

dec. 963, 610, 17. — *-e*, *-ia*, subst. inf. — *-ia virginis*, virginitas: SEQ. IN. 74, 73, 4b et tu paris, sed non perdis virginis -ia. — De miraculis: PASS. NIC. 271, 2 beati martyres ... virtutum suarum -ia ... ostendere curaverunt. — *Regiae potestatis -e*, metonym., de documentis regio sigillo signatis: ROMANIN 387, 13 per hoc regiae potestatis -e confirmamus omnia.

insignitus - ornatus, proprie: ANN. ECCL. a. 514, 148, 51 calciamenta ... corrigiis tricubitalibus -a; transl.: CONC. AEV. CAR. 742, 29 populus Christi nomine -us.

insignium - vexillum: ANAST. Pass. Ac. 185, 37 vocem sustollens et -um cum suis militibus transtulit se ad sanctos.

insigno - confund. cum *insignio*: CHARTAE I, 2 apr. 977, 253b. — Indico: COD. VER. 15 ian. 806, 89, 3 nobis ... recte paruit esse ut ... terram aberent ... qualiter -averunt et ad Dei iuditia firmaverunt: COD. PAD. 12 sept. 895, 33, 11 rasiles plantare debeas ubi pars domino -averit.

insignus - v. **insignis*.

insimul - *-sci-* REGTRO GEN. 7 febr. 994, 38, 3.

insinuatio - transl.: BON. V 439 C duritiam cordis ipsius religiosa divinorum praeceptorum -e mollire. — Nutus: ORDO 72, 18 sine cuius -e cantorem nihil canere licebit.

insinuo - in re med., suppeditare: CAEL. cel. pass. I, 9, 64 somnus vires -at. — Praebeo, proprie: ADN. COD. IUST. 22, 26 sacra imperatori subscripta -entur, non exemplaria; transl.: FLORIAN. Ep. 117, 16 salutationis obsequium famulanter -ans. — Tradere: MON. NEAP. DUC. 18 iul. 949, 9, 38 integrum ... campum una cum ... omnibus sibi pertinentibus sicuti per passi et termini ... nobis eum -astis in nostra nostrisque heredibus sint potestate. — Docere: ADN. COD. IUST. 7, 7 religio ... ab ipso (scil. Petro Apostolo) -ta: RATH. Serm. 734 C 12 ut ... -aremus collegio vestro quid ... nobis esset agendum. — Significare: PAUL. DIAC. Coll. 1229, 8 quinque porticus legem, quae in quinque libris continetur, -ant. — Proponere: ANAST. Ep. tres 740 C ut quid scholion -et indifficulter agnoscat.

insipiencia - v. *insipientia*.

insipiens - de animalibus, ratione expers: PAUL. DIAC. Coll. 1518, 39 o dira humanae carnis infirmitas ... multum nos minuisti ab angelis, quos et iumentis -ibus comparasti. — Subst., de paganis: PAUL. DIAC. Coll. 1319, 43 videbantur ... perire sancti martyres oculis -entium.

insipientia - *-cia* inf. — GL. EPOR. 650, 19 pro simplicitatem i. per -cia vel per alia infirmitate.

insipio - v. **incipio* et *insipo*.

insipo - *-pio* GL. VAT. 1469, 526, 1, 27.

insisto - transl., urgere: ANN. ECCL. a. 534, 476, 65 nec facile efficitur vitiosus, cui admonitor -it assiduus. — Obsisto: ANAST. Disp. 650 A cum vidisset eos -entes peramplius dilationi suae. — Appetere: PAP. DIPL. 122, 37 calumniatores in orfanorum rebus vehementer -unt. — Vivere: COD. LANG. 31 mai. 996, 1503c qui (scil. monachi) non conspiciuntur -ere secundum regulam sanctorum patrum, ab abbate monasterii corrigantur.